



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Agens De Rebus Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,
conservatione, & alienatione

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

Titulus IX. De Contractibus onerosis, in quibus dominium transfertur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61834)

Excusari etiam posse Filiutius censet ab obligatione restituendi lucrum sine illis conditionibus acceptum, si qui Monti præfunt, requisiti expressè declarent, se condonare fructus à quolibet sine titulo perceptos: quod *Card. Lugo* meritò improbat. Damnum namque non Mons, sed mutuarius patitur, qui quam diu non remittit, obligatus manet damni illius auctor. Secundò inventi sunt alii montes ab Italis potissimum, de quibus agit *Tol. l. 5. c. 39.* qui non nisi nomine tenus à censibus differunt. Ex gr. Princeps quispiam aut Resp. magna pecuniæ summa indiget, quam nisi à diversis consequi non potest. Igitur montem erigit, cui assignat pro fundo redditus in vectigalibus vel aliis immobilibus fructiferis, & vendit mille loca v. g. in illo monte, quorum singula emuntur 100. florenis redduntque emptori annuatim 4. aut 5. ea lege,

ut liberum sit Auctori montis ea loca redimere, quemadmodum in censibus fieri solet. Verùm aliter, adque aliter eadem montis institutio fieri posset, in quo immorari superfluum iudico, jam sæpius indicatam regulam repetendo. Æquitatem & iniquitatem ex titulo, & causa auctarii dependere, quemadmodum omnes DD. agnoscunt. *Soto l. 6. q. 1. art. 6. Filiut. tract. 34. c. 9. Card. Lugo Diss. 25. Sect. 10. Tanner. Diss. 4. quest. 7. num. 84. Ioan. Viggers tr. 5. de contr. c. 7. D. 3. ad Contzen l. 8. Politic. c. 18. Valentia III. Diss. 5 q. 23. pun. 4. Bonac. de usura q. 3. pu. 3. Busenbaum l. 3. tract. 5. D. 6. p. 303. Henric. de si. hom. c. 10. num. 11. Escobar. tract. 3. Exam. 5. c. 3. Ioan. Medina q. 10. de usur. Mol. Diss. 325. Salon. q. 78. art. 2. contr. 27. Rebell. l. 8. q. 13. Salas Dub. 33. Palao tract. 32. Diss. 4. puncto 24. Tolet. l. 5. c. 38. Zerola part. 2. V.*

Mons piet.

TITULUS IX.

De Contractibus onerosis, in quibus dominium transfertur.

EX Contractibus, in quibus dominium transfertur, duo sunt nominati, emptio, & venditio, qui per modum unius computantur; & Censur, qui venditionis præ se speciem fert: tertius innominatus est, & *Cambium* appellatur.

* *

§. I.

De emptione.

I. **E**MPTIO est Contractus, qui consensu perficitur, pretii pro merce. Venditio est contra mercis pro pretio. Dicitur 1. Contractus, qui consensu perficitur, ad excludendum eos, qui requirunt traditionem,

ditionem, cujusmodi est depositum, & alii quidam. 2. *pretii pro merce*, ad excludendam conductionem, & locationem, in quibus nulla merx est: qua voce intelligimus rem quamlibet vendibilem, mobilem, vel immobilem: Item actiones, & jura, quæ pecunia æstimari solent: præsentia quoque & futura, simul sumpta. Hæc enim simul vendi, licet donari non possint. Similiter merx esse potest hæreditas jam delata. *Pretium* est nummus, vel pecunia, eo nimirum fine reperta, & recepta, aut rerum vendibilium mensura esset. Eadem tamen (per accidens) merx esse poterit, si propter antiquitatem, signaturam, vel aliam ob causam æstimetur. Triangitur ad substantiam hujus contractus requiruntur, res, pretium, & consensus. Dominium, nisi facta traditione non transfertur, quamvis sine illa Contractus perfici, & compleri censetur. *Schneidev. l. 3. Inst. tit. 2. 4. Fellerius in praxi Censuali pag 577.* Excipe 1. Ecclesiam, & civitatem, cui vendita res, quamvis alteri tradita, adjudicabitur. *L. ul. C. de Sacros. Eccl.* Idem de donatione, & venditione à Principe facta nonnulli dicunt, quod tamen in communi jure non invenitur. 2. Primus emptor posteriori præfertur, quando illi res in securitatem contractus nomine hypothecæ subjecta, indeque jus in rem fuit acquisitum. *L. si creditor. ul. ff. de distract. pign.* 3. Si secundus emptor, cui tradita res est, de priori venditione notitiam habuit, primus emptor intra annum à die scientiæ numerandum, revocare, & evincere rem, sibi injustè præreptam potest. 4. Quando per clausulam constituti venditor professus est se nomine emptoris rem possidere, emptori

manebit. *Phil. Dec. in Reg. Jur. 23. Contract. Duen. in Reg. 155. Az. 111. l. 8. c. 17. Covar. l. 2. Var. c. 19. Molina Dissp. 369. Lessius c. 3. D. 3. num. 16. & c. 21. D. 20. Salas de empt. & vendit. Dub. 46. num. 4.*

II. Cùm non unius generis quælibet emptio sit, dividitur 1. ratione materiæ, quæ vel est sacra, vel profana. 2. ratione finis, qui varius pro hominum necessitate, & voluptate. Comparamus enim & necessaria ad vitæ sustentationem, & superflua: aliqui pro Rep. alii officio suo convenienter, idque ex aliis, & aliis motivis. 3. dividitur ex modo. Aliquæ res venduntur absolutè, aliæ conditionatè, addito ex. gr. pacto, de retrovendendo: aliæ sub hasta, aliæ modo communi. 4. ex forma solutionis. Vel enim res emitur dilata ad tempus pretii solutione, vel pretio statim soluto. Vel è contra emitur res futura anticipato pretio: item re statim tradita emptori, & soluto pretio venditori. *Reginald. l. 25. tract. 3. num. 250. Armilla V. Emptio Tholosanus in super l. 23. c. 2. in veram imaginariam, & litis æstimationem dividit. Vera dicitur, cùm res & pretium accedit: imaginaria sit pretio non accedente, quæ quia pro non facta est, non alienat rem. l. nuda de contr. empt. l. contractus ff. de act. Litis æstimatione inter species venditionis numeratur quidè. l. pro empt. l. plerumq. ff. de jur. dor. Verè tamè simplex venditio non est, sed emptioni similis in aliquibus. l. pro empt. ff. de rei ven. l. quoties de solu. matr. cod. Car. Tusch. Concl. 47. Az. 111. l. 8. c. 2. Esc. tr. 3. Exa. 6. c. 1. Fill. tr. 35. c. 1. n. 13.*

III. Vendi non poss. 1. Sacramenta in quibus divina, & supernaturalis gratia continetur c. gratia cum sequ. 1. q. 1. *Salv. in V. Simonian. 3.* 2. res sacra & religiosa, templa,

432
 rempla, altaria, vasa, instrumenta, ornamenta, & similia, nisi aut formam amiserint, aut necessitas urgeat. *c. aurum. c. sacrorum. l. 2. q. 2. l. sacra loca §. fin ff. de rer. div. l. inter stipulantes §. sacram rem. de verb. obl. 3. res publicæ, forum, via, & sim. l. sed Celsus. ff. de contrab. empt. 4. Venena, & quæ humanæ vitæ obesse possunt. l. quod sapè ibid. Fagund. l. 5. c. 23. 5. res litigiola. l. cit. Mynsing. Cent. 1. obs. 55. Bonac. Tom. 11. p. 497. 6. homo liber. l. cit. sed Celsus. ff. de contrab. empt. Excipe casum extremæ necessitatis, in quo permittitur patri filium, & filiam vendere. l. si quis C. de patr. qui fil. suos distrax. Thol. l. 25. c. 7. n. 2. 7. quæcunq; vel juregentiū, vel municipali, & privato prohibentur, ut res dotalis, pupilli, minoris, servus constitutus in fuga. Thol. l. cit. Conan. l. 7. c. 6. n. 12. Denique rem alienam scienter possidens, vendere non potest, nisi gratum fore domino rationabiliter præsumat. Ignorantia faciet tamen, ut emptio valeat. l. si in emptione ff. de contrab. empt. Valeat, inquam, non ut dominus rei amittat jus revocandi, & vendicandi rem suam, sed ad hoc, ut emptor possit usucapere: item, ut possit precium repetere, & quicquid sua interest. *Az. III. l. 8. c. 5. Reginald. l. 25. c. 14. n. 252. Tabion. n. 7. v. §. seq. D. 1.**

IV. Inter eos quibus alienatio rei per venditionē prohibetur 1. principes sunt. Urbes enim, castella, & similia absq; consensu statuum vendere, aut donare non possunt. *Abb. Felin alii in c. intellecto. de jur. rejur. Osterm. l. 3. Inst. tit. 24. 2.* Maritus qui rem dotalem non æstimatam pretio accipit, sine consensu uxoris non vendit. *l. Julian. ff. de fundo dot. Inst. quib. alien. licet Franc. Mare. Dec. 327. nec pro hypotheca*

obligare. *l. 1. §. Et cum lex. C. de rei ux. añ. Silv. V. Dos. n. 12. 3.* Fidejussor debitoris rem loco pignoris obligatam creditori non potest emere. *l. si mandato Titii ff. mandati. Tusch. Concl. 60. 4.* Usufructuarius, feudatarius, emphyteuta, & similes, qui dominium absolutum non habent, absq; consensu directi domini, non possunt vendere rem, in qua usumfructum, feudum, &c. habent. Convenit enim agnoscere superiorem potestatem, à qua dependent. Usumfructum tamen nihil obstat, quo minus vendere queant, cum illius domini sint. Leges, quæ prohibere videntur, *l. arbor. ff. de usufr. Inst. de usu, & habit. non de usufructu, sed jure loquuntur, quod vendi nō posse fatemur. Tusch. l. cit.* Denique pater & filius non emancipatus tutores & minores nec emunt, nec vendunt sibi invicem. *V. Mol. D. 340. & 345. Reginald. l. 25. c. 15. & al. infra n. x.*

V. Officia publica an vendere fas sit, ambigitur: cumq; de solis profanis, & jure naturali DD. laborent, non repugnare Juri naturali, si idoneis personis vendantur, dicendum est. Nam præter communem praxin etiam in Romana, & pontificia curia receptam non apparet cuiam virtuti adversetur, ut inductio probat. Præterea quemadmodum fertiles agri fructum colonis, sic officia prædicta dominis suis adferunt, quod pretio æstimari, & vendi potest. Neque Princeps ullo jure obligatus est ad dandum gratis. Video quidem periculo non vacare, multis occasionem suggeri ad impetrandum & abutendum, ut facilius sit excusare, quam commendare, nihilominus in ipso venditionis actu per se considerato nulla malitia, vel injuria est, ut *S. Thom. ep. ad Ducijsam*

Decissam Brabantiz testatur, eumque sequuntur alii apud *Sancti. l. 2. Conf. c. 1. D. 37. Reginald. l. 25. c. 14.* quibus adde *Bonaci. Tom. II. pag. 497. n. 10. Layman. l. 4. tract. 10. c. ult. §. 6. n. 63. Fagund. l. 5. de Contract. c. 23. Reginald. 25. c. 14.* Ceterum, ut publicorum officiorum venditio omni vitio careat, servandæ Principibus tres istæ conditiones sunt. *Prima*, ut non exponatur venalia cuicumque idoneo, & non idoneo, qui majus pretium offert, sed illis tantum, qui communi bonorum judicio digni æstimantur. *Secunda*, ut pretium non sit excessivum, sed moderatum, ne emens exhausto patrimonio suo domi egeat, cogaturque parum honestis mediis, quæ familiæ desunt, conquirere. *Tertia*, ut non qualibet ex causa vel etiam mera cupiditate, sed tunc primum vendantur, quando gravis Reip. necessitas, cui alio modo subveniri non possit, vendenda esse suadet. Ubi in consilium adhibere convenit, qui à potentibus non expectant munera, & pecuniam suam dare non solent ad usuram. His neglectis innumera damna tum Reip. tum civibus, & subditis expectanda sunt: quæ plurimi DD. quia moraliter, & regulariter loquendo difficillimè evitari conspiciunt, omnem officiorum venditionem damnant. Nec omnino securi sunt, qui approbant, sed prudentiam, moderationem, & sinceram intentionem Principibus ad vendendum pronis inculcant: veilentque non vendi officia administrationem justitiæ annexa habentia ad scandalum, & penè necessaria mala præcavenda. *V. Sanchez. lo. cit. & Tholos. l. 25. c. 11. n. 7. Lugo. Disp. 34. Sect. 3.*

VI. Pretium duplex est, naturale, seu vulgare, & legitimum. Hoc voluntate

Magistratum, & legibus constituitur; illud à naturali prudentia, seu communi æstimatione virorum sapientium, determinatur rei naturali, & adjunctis probe cognititis, Unde latitudinem admittit, & triplicem gradum habet, infimi scilicet. modii, & rigorosi. Equus ex.g. æstimatur 100. si, si hoc medium pretium est, summum vel rigorosum erit 105. infimum vero 95. In re minori minor latitudo erit. Si medium pretium fuerit 10, summum erit 11. infimum vero 9 *Less. c. 21. Dub. 2. n. 10. Fill. tr. 33. c. 3. Palao D. 5. pun. 2.* Ea latitudo pendet tum ex cujusque regionis recepta æstimatione ac judicio, tum ex circumstantiis, & potissimum ex modo vendendi. Minoris enim sub hasta, & proxenæ in discessu, & necessitate; majoris in domo, & officina propria, quando minor copia, & major rerum vendibiliarum necessitas est. Tempus quoque, emptorum numerus, fertilitas anni, & sterilitas judicium, ac pretia variant. *Fill. l. cit. n. 58. Salas de empte. D. 25. Medin. C. de rest. q. 36. Nav. c. 23. n. 88. Mol. D. 353. & 264. Less. c. 21. Dub. 2. Pe. Nav. l. 3. c. 2. Contr. q. 56 de Contract. soto l. 6. q. 2. art. 3.*

VII. Econtra pretium à Magistrata legitime constitutum variare pro libitu, & augere nequaquam licet. Neque enim privati, sed publici juris est. *l. pretia ff. ad l. Fal.* Quod si vendens ultra dimidium in venditione læsus est, pro rescissione contractus, vel compensatione adversus emptorem actio datur. puta, si pro flor 10. accepit 4. tantum. *l. 2. C. de rescind. vend. c. cum dilecti. & c. cum causa. de empte & vend. Decret. conf. 293. Corn. conf. 27. l. 4. Zer. P. 1. V. empte.* Pari jure, si emptor cum justum pretium esset 10. plus dedit, quam 15. pro compensatione, aut rescissione contractus agere potest.



potest. *Barb. in c. Cum dilecti de empt.* Hæc ferè communis opinio est. Paucis dissentientibus, *Pinello, Mynsing. & Fachinæo apud Laymannum*, qui censent emptorem restituendum non esse, nisi duplo plus solverit, quàm oportuit. *Laym. nihilominus l. 3. tract. 4. c. 17 §. 1 n. 7.* utramque sententiam admitti, & secundùm illam in foro externo judicari posse contèdit, eò quòd nimium multiplicandæ sint lites, si etiã emptori ultra dimidium læso ad rescindendum contractum actio permittatur. Que causa impulerit etiã Camera Spirensis Senatam, ut eodem processu utantur nõ dando videlicet emptoriactionem læsionis ultra dimidium, uti testatur *Mynsing. Centu. 4. obs. 74. Fach l. 2. Controv. c. 16*

NOTA 1. Idem servandum in aliis contractibus, puta locatione, emphyteusi, & simil. ut nisi ultra dimidium læsis non detur actio. *Gloss. & DD. in l. majorib. C. communia utriusq. juris. Abb. in c. Cum causa. de empt. Fachin. l. 2. c. 22. Arius Pinellus l. 2. part. 1. c. 3. & 4.* Exceptã transactione litium finiendarum causã. *Mynsing. cent. 6. obs. 91.*

NOTA 2. Quamvis etiã Jure Canonico nulli præterquam ultra dimidium læso actio concedatur, concedi tamen denunciationem evangeliam, vel judiciale, quia deceptores moniti de satisfaciendo, si nolint, Ecclesiastico Judici denuncientur, qui eos ad restitutionem compellat. *c. novit. de judic. Maranta part. 6. §. de denuntiatio pag. 158. Laym. l. cit. n. 8. A7. 111. l. 12. c. 2. Dub. 4. Barb. in c. cum dilecti h. t.*

NOTA 3. Spem recipiendi in quo læsus est, non habetis, qui sciens pretii excessum, vel defectum nihilominus emit, aut vendidit. In tali eventu enim præsumitur jure suo cedere, & remittere ultrò, quòd

sibi aliàs debetur. *l. queritur. §. si venditor ff. de adil. edicto Gaill l. 2. observ. 29. n. 11.*

NOTA 4. Quod vulgò dicitur licere contrahentibus se invicem circumvenire *l. in causa cognitione 2. & ibi DD. ff. de minor. non cõdendit, ut dolum, & fraudem approbet, sed potius pro nullo, & irrito contractu habeat, cui dolum causam dedit. l. ex empto §. is qui. ff. de act. emp. & Eleganter. ff. de donat.* Illas igitur deceptiones dissimulant leges, quæ reipsa, vel qualicumque solertiã contrahentium eveniunt, dum quilibet lucro suo intentus est. *l. si voluntate C. de contrah. empt. Mynsing. centu. 6. obs. 38 Petr. Duca. in Reg. 148. Wesenbec. l. 18 ff. tit. 1. n. 15. Franc. Marcus part. 1. Decis. aur. q. 340. n. 37. & seq.*

VIII. Licitum esse aliquando plus vendere rem, quàm per se valeat, etiã *S. Thom. Aquinas agnoscit 22. q. 72. art. 1.* Fieri enim potest ex certis occasionibus, & particularibus circumstantiis, ut accedat rei aliquid, quod pretio æstimabile sit. Unde 5. modos alii excogitarunt, quibus id justè fiat. 1. est, si venditio cum liberalitate misceatur, & emptor excessum pretii sponte offerat, quod vendenti manifestandum erit. 2. Si in gratiam emptoristantum hæc, vel illa res vendatur, quod similiter ipsi indicare vendens tenetur. 3. Si quod lucrum cessans, aut damnum emergens ex tali venditione revera, & rationabiliter metuatur. Ubi incorruptum judicium exigitur. 4. ipsum officium, & professio vendendi, cui se constanter addixit mercator, ut moderatum aliquid adjiciat communi pretio, permittere videtur. Inde enim ad omnes mahat, hæc utilitas, quòd certi sunt, se res necessarias apud illum inventuros, ut

non

non sit opus inquirere, & adire ignotos fortè, & ininùs de fide exploratos. *Molin. Disp. 3. 48.* Postremò crescere pretium potest ex affectu, & oblectatione, quâ se alienando privat venditor. Id namque pretio æstimabile censetur. *Laym. l. 3. tract. 4. c. 17. §. 1. n. 10. Perr. Navar. l. 3. c. 2. n. 23. Tanner. Disp. 4. q. 7. Dub. 1. n. 30. Lestius c. 21. Dub. 4. Palao tract. 32. Disp. 5. punct. 10.*

IX Quod attinet res pretiosas, quibus nec vulgare, nec legale constitutum pretium est, tanti vendere licet, quantum pro illis emptor dare paratus est. Nam si rex aliquis gemmam, falconem, avem Indicam, aut simile quid rarum, & charum pro suo affectu existimet 100. aureos valere, eosque exhibeat poscenti, non apparet, contra quam justitiæ partem peccetur. Venditor indicat pretium à se constitutum habita ratione personæ: rex acceptat, res ipsa multum servire potest, nec obstat, ut supponimus, lex aliqua. Sibi igitur imputabit emptor, si æquo majus pretium persolvit. *Escobar. tract. 3. Exam. 6. c. 5. n. 90.* Illud tamen attendet Venditor, ne in conscientia judicet pretium injustum esse, & rem aliquo defectu occulto laborare, qui æstimationem ipsius si notus esset, multum minueret. Sic locum habere potest illud vulgò jactatum. Rem tanti valere, quanti vendi potest. *l. 2. §. si hares ff. ad Trebell.* Et quod rei tuæ quisque arbiter sit *l. in re mandat à C. Mandati Soto l. 6. q. 2. art. 3. Perr. Navar. l. 3. c. 2. num. xi. Bann. 22. q. 77. art. 1. Valentia Disp. 5. quæst. 20. pun. 2. §. 3. Rossella Em. Sa. in V. Venditio Azor. III. l. 8. c. 7. Tol. l. 8. c. 48. Reginald. Sect. 4. num. 289. Diana part. 1. tract. 8. Resol. 56. Ledesma part.*

2. Summ. tract. 8. c. 32. Ioan. Medina de restit. quæst. 32. Barth. Med. Canus Penna Fagund. l. 5. de Contract. c. 28. Escobar. tract. 3. Exam. 6. c. 2. num. 11.

X. Emptio & venditio nulla est 1. quando contrahentes in materia errant, a- quam pro vino, pro equo asinum, pro re profanâ sacram vendendo, & emendo. 2. quando non conveniunt de pretio. *l. in venditionibus ff. de contrahend. empt.* 3. quando erratur in qualitate rei, ut si pro fero venditus, mulier est, quamvis id venditor ignorarit. *l. alioqui ff. de contrah. empt.* 4. Si res eo tempore, quo vendebatur destructa erat. *l. domum. l. arboribus. ff. eod. §.* Imaginaria quoque venditio pro nullâ habetur. *l. Nuda 55. de empt. Cuiac in l. ult. ff. de donat.* Denique personarum inhabilitas contractum irritat, de quo *Molina D. 340. & 343.* Ejusmodi sunt pater, & filius non emancipatus, maritus & uxor, tutores, & minores. *Ioan. Salas de Venditione Dub. 55. Rebell. part. 2. l. 9. quæst. 19. Sect. 3. Azor. III. l. 8. c. 3. VVesenbec. Digest. l. 18. tit. 1. num. 15. Schneidev. l. 3. Instit. tit. 24. §. fin. Castrens. in l. 2. C. de rescind. vend. Tanner. Disp. 4. quæst. 7. Dub. 1. num. 11. & seq.*

XI. Venditoris est, mercis suæ naturam, qualitates, obligationem, onera, & vitia, prout novit, & interest, emptori indicare: aliàs dolo egisse censetur. *l. 1. C. de adil. act. Vnde S. Ambr. l. 1. de off.* In contractibus vitia eorum quæ veneunt, prodi jubentur: ac nisi intimaverit venditor, quisquis in jus emptoris transierint, doli actione evincuntur. Intellige, si causam contractui dolus dedit, non empturo, qui nosset vitium. Tunc

enim vel ad rescindendum contractum, vel pretium redhibendum agitur. *l. Iulianus ff de act. empti. l. si vina. 2. ff. de periculo. & commodo rei vendita. Less c. 21. D. 11.* Quæ verò per se patent, alia revelatione non indigent. *l. Ea que ff. de contrab. empti l. 1. §. si intelligatur ff. de edil. edicto* Quod æquè in foro conscientiæ obtinet, quando iustum pretiū petitur. *Salas Dub. 34. Nav. c. 23. n. 89. Silv. Q. 19. Armilla. Rossella & alii Summisæ cum S. Thom. Mol. Disp. 353. concl. 7. Soto l. 7. de iustit. Q. 3. ar. 2. Contr. de Contr. p. 54. Fagundez l. 5. de Contract. c. 38. Bonacina Tom. 1. pag. 508.* Si vitium quamvis manifestum non agnosci ab emptore videas, quasi occultum omnibus foret, emptori detegendum est: ne ignorantia illius, & simplicitas immerenti damnosa sit. *Maior in 4. dist. 15. q. 40. Pe. Nav. l. 3. de restit. c. 2. n. 54. Abb. in c. iniustum n. ul. de rer. permut. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 17. §. 2. nu. 14. Card. Lugo Disp. 26. Sect. 8. Lopez l. de Contr. c. 45. Tanner. Disp. 4. Q. 7. Dub. 2. nu. 61 & seq. Palao Tr. 32. D. 5. pun. 22.*

XII. Peracta venditione, si aliud inter partes constitutum non est, fructus omnes pendentes tam maturi, quàm immaturi a l' emptorem spectant. *l. Iulianus. §. si fructibus & §. si quid seruo. ff. de actionib. empti. Covar l. 1. Variar. c. 15. n. 2. Gomez l. 2. n. 2. nu. 11. Mol. D. 368. concl. ult. Card. Lugo Disp. 26. §. 13. & 14. Vesenbec. l. 18. ff. ti. 1. n. 8. Palao lo. cit. Puncto 25. nu. 2.* Et merito, quia fructus pendentes censentur esse pars fundi *l. fructus ff. de rei vendit.* Empto igitur fundo simul emuntur fructus in eo pendentes. Pari modo cum equus venditur, simul vendita censentur consuetudo illius ornamenta, ephippium, & frenū.

l. Ediles 2. §. Vendendi. ff. de adilitio edicto. Vendita domo etiam seræ, & clavi, & similia emptori cedunt. de quibus *l. fundi ff. de actionib. empti. V. Az 111. l. 8. c. 19. Fagundez l. 5. de Contr. c. 5.* De fructibus post traditionem rei emptæ natis, nondum exhibito pretio difficultas est. Leges enim venditori tribuunt, eò quòd sicut pretiū dominus est, ita eorū quæ illius vice sunt, habere dominium commoditatem & utilitatem debeat. *Ita turec. in l. Iulianus §. Ex vendito ff. de act. empti. l. ult. ff. de peric. & commodo rei, vendita. & l. curabit. C. de action. empti.* Verùm eas leges iniquas, & Vfurarias esse communior Theologorum opinio censet, apud *Less c. 21. D. 13. & Laym. l. 3. tr. 4. c. 17. §. 2. n. 8.* Cum enim rei emptæ periculum ad emptorem spectet, æquum est, fructus quoque pertinere. *V. Az 3 l. 8. c. 15. Fagund. l. 5. c. 8.*

XIII. Pactum legis commissoriæ à contractantibus iustè apponi potest, constituendo, siue directis, siue obliquis verbis, ut si pretium elapso termino non exhibuerit emptor, contractus expiret, & dominium rei statim ad Venditorem redeat. *l. ult. ff. de lege commiss. & l. Commissoria C. de pactis.* Quamobrem ubi directis verbis actum est hoc modo. *Nisi pretium post 3. menses solueris pro non empti habeantur.* Venditor ius habet vendicandi sibi rem, quam vendiderat illi. citatis. Si autem obliquis verbis actum, ita: *Si non solueris, res redeat aut restituatur mihi,* non vendicatione rei, sed actione ex vendito agere potest, quia verbis legis commissariæ usus non est. *Glo. & DD. in l. traditionib. C. de pactis.* Fructus igitur, & quicquid commodi emptor interea temporis rebus suis adiecit, reddere venditori tenetur exceptis fructi-

fructibus, quos consumpsit. *I fundo ff. de lege commisso & Glo. ibid. Less. c. 20. D. 15. Full. Tr. 35. c. 7. n. 165.*

No. Licet venditor ex pacto legis commissoria revocare ad se possit rem emptori traditam, non tamen ad id cogitur, sed indulgere maius spatium pro solutione permittitur: nisi forte partem pretii iam tum acceperit. Tunc enim renunciat se iuri suo censetur. *I. Cum venditor. l. Nā legem ff. de le. commissoria. Fagundez l. 5. de Contract. c. 45. Tuschus V. Pactum Concl. 16.*

XIV. Actionem ex empto vocamus, quæ soluto pretio emptori convenit adversus venditorem, ut tradat rem venditā cum suis fructibus post moram, & aliis ad rem pertinentibus. *I. Iulianus. §. Afferi ff. de act. empti, & venditi.* In hac actione tres alie continentur, 1. vocatur *evictio*. Nam si vedita res aliena fuerit, ad omnia damna inde nata emptori tenetur. *Duenas in Reg. 244. 2. redhibitoria*; quā intra 6. menses agit contra venditorem, ut rescindat contractum, eò quod vendiderit rem aliquo vitio affectam. *ff. de edictio edicto. 3. vocatur prescriptis verbis*, quæ agit contra venditorem, quia non stetit pactis in venditione appositis. *Oldendorp. Classe 4. Act. 1.* Venditori è contra adversus emptorem competit Actio, ut præstet, quæ ipsi iure præstanda sunt, videlicet pretium rei venditæ, & usuras, seu interesse propter moram. *l. curavit. C. de actionibus empti.*

NOTA. Venditorem bonæ fidei non teneri de evictione 1. quando emptor nō denunciat illi moram litem esse super re vendita. 2. quando pactum est, ut evictionis nulla ratio habeatur. 3. quando accu-

sante venditore emptor non appellavit à sententia. 4. quando sententia aperte iniusta fuit. 5. quando per arbitrum definitur lis. 6. quando emptor tempore contractus sciebat rem alienam esse. 7. quando rem præscribere potuit emptor, & culpa sua non fecit. 8. quando emptor sua culpa amisit rei possessionem. *V. Duenas in Reg. 242. Card. Lugo Disp. 26. §. 10. ci. fin. Palao Tr. 32. Disp. 5. Pun. 28. §. 4. Vigilium in Metodo Civili l. 18. Par. 5. c. 6. Francisc. Marcus Decis. 582. & sequ. Barthol. Socinus in Reg. 532.*

§. II.

Sati sit Dubiis de emptione, & venditione.

DVB. 1. An vendere liceat rem alienam?

R. 1. secundum ea, quæ §. præc. n. 3. diximus, nō licere infcio invito rationabiliter domino, cū ipsius præiudicio: validā tamen veditio fore, sit emptori ignoranti fiat, in præiudiciū venditoris, qui actione ex empto, ad compensationem omnium damnorum tenetur. *l. rem alienam. ff. de contrah. empti. l. Nemo. C. de reb. alienis non alienand.* De evictione item, si furtivam esse comprobatum fuerit. *l. 1. l. Venditor & 10. ff. de evict. l. Non dubitatur. & 10. tt. C. eod.* Pretium nihilominus venditori acquiritur, quamvis rei venditæ dominiū non transferatur in emptorem. *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. l. ex empto. ff. de act. empti*: etiam quando malæ fidei, vel fur est, qui vendit. *l. qui vas. §. ult. ff. de furtis.* Nummus qui redactus est ex re furtiva, non est furtivus. Vnde sequitur, si quid
Iii 3 emerit

emerit rei furtivæ pretio dominium rei comparatæ ipsi, pretii verò vendenti advenire. Neque hic metuenda inæqualitas est. Quamvis enim dominium pretii venditor acquirat, emptor verò rei emptæ non acquirat, venditor tamen obligatus manet emptori de evictione, ut supra diximus, & constat ex *l. Ex empto. Card. Tuschus Concl. 53. Canon. l. 7. c. 6. n. 11.*

R. 2. Quando emptor rem alienam esse novit, actionem adversus venditorem non habet, neque is de evictione obligatur, nisi contrarium expressè deductum fuerit in pactum *l. si fundum. C. de evict.* Quod si res emptæ mobilis est, emens quasi fur punietur. *Conr. de Contr. p. 70. Mozius Tr. de empt. de reb. que emi & vendi possunt. Tuschus l. cit. num. 7. Mol. Disp. 327. & 380. Rebell. par. 2. l. 9. Q. 18. Sect. 1. Fagund. l. 5. c. 16. Salas de empt. & vend. Dub. 48. Laym. l. 3. Tract. 4. c. 17. §. 3. Tholos. l. 25. c. 10.*

R. 3. Cum res aliena restitutioni obnoxia est, si post diligentem inquisitionem dominus non compareat, non tibi, sed pauperibus utendam fruendam esse plerique volunt, ducti eâ ratione quòd ea videatur domini voluntas esse. DD. apud *Salas l. cit. & Less. c. 14. Dub. 7.* Non apparet tamen contra quam virtutem peccet, sibi retinens ea bona, quorum dominus ignoratur. Perinde enim, atque ad despota se habent, primo occupanti debita. Et quid facies, si dominus illorum infidelis, vel ita immisericors sit, ut nullo modo cupiat eleemosynam facere? Nò igitur damnanda penitus videtur *Soti opinio l. 5. p. 3. ar. 3.* sibi usurpare posse bona, quorum dominus post sufficientem inquisitionem ignoratur, cum plures illam sequantur, &

randem *Laym.* quoque valdè probabiliter vocet. *l. 3. Tr. 1. c. 5. num. 24.* Est autem viri prudentis iudicio definiendum, quanto tempore expectanda sit veri domini revelatio. *V. Pallavicinum l. 4. de iustu. c. 2. n. 22.*

D. 2. An quis ad vendendum res suas cogi possit?

R. 1. Regulariter, & extra casum magnæ necessitatis neque ad emendum rem alienam, nec ad vendendum suam cogi quenkam posse. *l. In vitium. C. de contrab. vendit. l. nec emere. C. de iur. delib. & al. iurib. que citant Panorm. in c. 1. de empt. & vend. Covar. l. 3. Var. c. 14. Alu. Vela. q. Con. sul. 22. n. 1. & Ant. Gom. l. 2. c. 2. n. 51.* Vnusquisque enim rei suæ dominus, moderator, & gubernator est, cum potestate agendi pro sua voluntate. *l. Nemo. C. de iuda. & caliculis c. 2. iun. Glo. 1. de iure iur. & c. pen. de sepult. Boerius Decis. 322.* Quamobrem graviter à Deo reprehensus, & punitus est Achab. *l. 3. Reg. c. 21.* quod vineam Naboth nolenti vendere eripuisset. *Silv. n. 6. Bonac. rom. 2. p. 498. Franciscus Marcus Par. 1. Decisio aurearum Decisione 535. Lugo Disp. 26 Sect. 2.*

R. 2. Quia potestas publica minorem, & privatam potestatem subiectam habet, ad vendendum cogere potest subditos in his 7. casibus. 1. Cum id pia causa, seu religio postulat, ut si extruenda ecclesia, monasterium, aut Xenodochium sit. Colligitur ex *l. 2. §. Locum. & l. si quis sepulcrum ff. de Religiosis. & sumptib. funerum. Bart. Felinus. Angelus Silv. P. Emptio. q. 5. Zerola Pa. 1. n. 3.* 2. Cum in reip. & boni communis augmentum cedit. Si amplandum pomerium, muri, pontes, fontes reparandi, ædificanda curia, vel gymnasia.

hæta, in eum finem cogi cives possunt domos quæ obstant, vendere. *Pasquius l. 1. c. 5. Tholos l. 25. c. 10. Angel. Aretin. Consil. 371. Mysing. Cent. 5. obs. 97. Card. Tuschus Conclus. 59. num. 9. 3.* Qui rem ad victum necessariam venum exposuit, eandem vendere cogitur etiam taxato pretio. *Panor. Bart. Baldus, Dynus, Iason apud Covarr. l. cit.* Item tempore magnæ caritatis, ad vendendum, qui annonam habent, cogi possunt. Pari iure Advocatus, Medicus, cauponarius, & quicumque officium publicum suscipere, vel conductunt, ad id præstandum coguntur. De meretrice negat *Zerola l. cit. 4.* Domum ruinosam habens si reficere nequeat, cogitur alteri vendere, qui id faciat. & damno vicinorum consulari. *l. Cornelia §. 1. ff. ad S. C. Syllanianum 5.* Qui servum communem habet, in vitis locum manumittere potest, dando illis partem pretii debitam. *l. debitam C. de commu. servo man. missa. 6.* Qui habet rem communem cum alio, si voluerit vendere, vendere tenetur illi, cum quo communem habet. *l. Ad of. ficiur. C. communi dividendo. 7* Qui per sevitiam abutitur iurisdictione sua in subditos, ea in vitis privati potest, saltem ad tempus *Covarr. l. cit. Az. 31. 8. c. 27. Mol. D. 34. Salas Dub. 53. Schneidev. l. 3. 16. ff. 114. Card. Lugo D. 20. Sect. 1. Zerola Par. 1. V. Empiro. Socinus Reg. 435. Brenchorst Centur. 1. affert 63.*

DVB. 3. An opera Virtutum licite vendantur, & emanantur?

R. 1. Non licet vendere opera, ad quæ tenemur ex iustitia, vel obligatione officij nostri. Iudex V. g. pro sententia, testis pro testimonio ferendo nihil pacisci, & accipere potest, quia ad id ex iustitia, & officio

suo obligantur. Nec obstat, quòd pro alio testificari actus charitatis sit, eo ipso enim, quod ad testificandum quis accedit, veritatis dicere tenetur ex iustitia: quemadmodum mercator exponens rem vendibilem iustum pretium exigere debet. Nec ab onere restituendi liber est, qui in prædictis pretium admittunt. At cui restituet, inquis, iniuste accepta? Communior sententia pauperibus addicit. Vile consilium, & quo utens Sacerdos contentem obligare queat. *Covarr. & Soto* potius restituendum esse illi, qui dedit, existimant. Cum enim propter pacti nullitatem dominium non transtulerit, sed retinuerit, apud ipsum mansit, & recipere debet, quod absque effectu dederat.

NOTA. Intelligenda hæc de ipso actu iudicandi vel testificandi præcisè. Nam si pro labore diligentia, periculo, & similibus pretium datum sit, quamvis cum peccato acceptum, & applicatum fuerit, opere perfecto, retineri potest, quemadmodum in aliis materiis homicidii, luxuriæ &c. dici solet. *Silv. V. Simonia n. 9. Sayrus l. 10. c. 5. Dub. 8. Fann. 470. ar. 4. Covarr. ad Reg. Peccatum parte 2 § 3. Soto l. 4. q. 7. ar. 2. Medina q. 26. Less. 14. D. 8. & 9. Nav. c. 17. n. 34. Mol. D. 89. Arrago. 22. q. 75. ar. 4. Fagund. l. 5. c. 18. cum al. a se citatis. Armilla V. Emptio. Decianus l. 8. c. 35. n. 15. Franc. Marcus Deust. 686. 1-8 & 488. Comit. l. 3. q. 6.*

R. 2. Idè de operibus ex charitate præstandis dicendum est, vendi scilicet non posse, nisi fortè admixtus sit labor magnus, aut sumptus. Nam eiusmodi opera communi hominum iudicio non æstimantur pretio. Deinde, cum maximè inter sit proximi, ea opera fieri, videbitur contra datum, & non gratis, quod acceperis.

Quocirca

Quocirca nihil accipere potes pro eo, ut deponas odium contra me conceptum, vel indices furem, qui mea bona surripuit, modò sine labore & lumpu quies facere. Quod si pro actu, vel omissione actus faciendi in tuum solius commodum, aut in honorem Dei aliquid datum fuerit, retineri poterit, quia censetur liberaliter datum ex causa & sub conditione tantum, absque alia obligatione. Pari iure si detur ad inclinadam voluntatem eius, qui alias ex iustitia vel charitate teneretur: excepto, si ius obstat, restitutionem imperet, vel inhabilem reddat ad dominium rei acceptæ capessendum. Iudicibus certè ea erux videtur esse posita. *l. plebiscito 18. ff. de off. praesid. l. solent. §. fin. de off. proconsul. eod. Plura V. apud Less. & Fagund. l. cit. qui superius generatim dicta, etiam in actibus ex voto, & obedientia debitis locum habere ostendit. num. 19. & 20.*

D. 4. An minoris emere liceat propter anticipatam solutionem?

No. Pro generali regula in tot dubiis quaestionibus titulus & causa aucti, vel minuti pretii attendi debet: non negligendo consuetudinem loci à viris bonæ conscientiae usurpatam. Hoc posito.

R. Propter anticipatam solutionem minui potest pretium etiam infra minimum aliàs constitutum quando anticipatio venditori multum utilis, emptori vero qualicunque modo molesta, & gravis est quod variis modis contingere potest.

1. Propter periculum non accipiendi merces, V.g. lanam, quæ ferè sic emi solet vel minus sinceræ, vel propter lites inde nasci solitas.

2. Propter lucrum cessans, aut damnum emergens ex anticipata solutione.

Nam industrii mercatores per câmbia & alios modos lucrari possent si eam pecuniam in manu haberent.

3. Quia sic emendo, & soluendo crescit numerus vendentium, ex quo communiter pretium minui solet.

4. Quod similiter decrescit ex inopia, & necessitate venditoris, qui ultrò offerre, & rogare solent emptores.

5. Si lanæ omnes, ex gr. numerata pecunia emerentur eo tempore, quo oves tenduntur propter copiam & multitudinem viliori pretio emerentur: & rogantur emptores ab iis, qui præsentî pecunia indigent pro mercede pastoribus danda, & lumpus ad conservandum necessarios fugiunt. Hinc colligitur generatim loquendo causam minuti pretii ex aliquo onere vel malo, quod iustè timetur ab emptoribus pendere. Ad hoc ergò, qui consultum suæ conscientiae vult, attendere debet iuxta Reg. initio datam. *Corduba 9.85. Soto l. 6. q. 4. art. 1. Mol. D. 360. Turrian. D. 61. dub. 10. Less. c. 14. Dub. 7. Valenz. D. 5. p. 20. Angles, Toletus. Em. Sa. Saloni. Fillinius Tr. 35. c. 5. Card. Lugo D. 26. Sect. 7. §. 3. Salas. Fagund. l. 5. c. 31. & 33. Mag. Mantius. Penna. Victoria. Escobar Tr. 3. Exam. 6. c. 3 n. 25. Eadem quaestio vicissim movetur, de venditione, in qua solutio differtur, an liceat tunc maiori pretio vendere, de quo *Card. Lugo l. ci. §. 2.* certum videri, ait. secluso omni alio titulo non licere augere ultra pretium rigorosum: hoc enim esset lucrum captare ex mutuo implicito. Licebit ergò quando titulus, & probabilis causa adest, quemadmodum paulo ante de solutione anticipata diximus. Communiter enim, ut cum Less. Card. citatus notat, ex dilata solutione met.*

ne mercatores damnū patiuntur ex defectu pecuniæ, quam in lucrum expendere non possunt. V. Palao Tract. 32. D. 5. Puncto 12. nu. 7. & Barb. in c. Consuluit. de Vsuris. Filliut. l. cit. num. 97. Dian. Par. 1. Ref. 20.

D. 5. Ad quem pertineant pericula rei venditæ?

Ad Venditorem nondum re tradita pertinere videntur ex l. Pignus C. de pignoratitia act. ubi indicatur casum, & periculum rei spectare ad eum, qui est dominus. Cùm ergo ante factam traditionem Venditor maneat dominus, si quid mali acciderit rei venditæ, ipsi imputabitur, Nihilominus.

R. Quando res determinata vendita est, licet nondum tradita sit, illicet periculum ad emptorem pertinere. S. Cùm autem Inst. de empt. & vend. l. id quod ff. de peric. & comm. rei vend. & l. 1. C. eod. tit. Ratio est, quia ad eundem commoda rei pertinent, ut in citatis legibus dicitur. Neque obstat l. cit. pignus. Ibi enim aliud non asseritur, quam pignus manere in dominio debitoris, quia ex illo nullum creditori commodum accedit. Secus est in venditione, ut modò diximus V. Comitol l. 3. Q. 18. n. 9. Brenchorst Centur. 2. Assert. 55. Cæterum Regula assignata in multis fallit. 1. quando res non in specie, seu individuo venditur, V. g. equus, aut bos, ante traditionem venditoris periculum est. Glo. in l. quod si neque 14. ff. de peric. & comm. rei vend. Ratio, quia genus perire non potest. l. Incensium C. si certum petatur. 2. fallit in emptione celebrata in scriptis: ubi ante scripturam confirmatam periculum rei spectat ad venditorem. l. Cùm inter C. eod. ad hoc enim ut ad emptorem pertineat

periculum rei, requiritur emptionem esse perfectam. Sed ante Scripturam hic non est perfecta venditio 3. fallit in venditione conditionalit: quia pendente conditione, si tota res pereat, venditori perit: deterioratio autem ad emptorem. l. necessario ff. eod. 4. in venditione alternativa V. g. Vendo tibi mulum, vel equum: quia censetur venditio speciei incerta propter naturam alternativæ, quæ rem incertam efficit. l. Vbi §. quæ illud, aut illud ff. de verb. obl. 5. quando venditor in se periculum casus suscipit. V. Sanè. Inst. de empt. Nam ex natura huius contractus quamvis non susceperit rei custodiam venditor, nihilominus tenetur emptori de custodia lata scilicet levi culpâ l. custod. ff. de per. & com. rei vend. & l. quod sepè. §. si res. ff. de contrab. empt. 6. Si culpa etiam levi venditoris res pereat, ipsi perit, emptor indenunis manet. Silv. P. Emptio. num. 4. Less. c. 21. Dub. 12. 7. denique, quando venditor fuit in mora tradendi, ita ut per eum steterit, quo minus traditio fieret. Nec attinet, si res eodè modo apud emptorem peritura fuerit, quia odio morosæ venditoris ita cõstitutum est. Bart. & DD. in l. Quod te. ff. si certum petatur. Silv. nu. 3. Mol. Disp. 366. Salas Dub. 50. Graff. par. 1. l. 2. c. 116. Az. 3. l. 8. c. 26. Lopez de Contr. l. 1. c. 7. Em. Sa V. Venditio. n. 26. & 27. Less. c. 21. d. 12. Schneidev. l. 3. Inst. 11. 24. Fagundes l. 5. c. 47. Card. Lugo Disp. 26. ci. fin.

D. 6. An & quomodo licita sit emptio, & venditio cum pacto retrovendendi, aut redimendi?

Pactum hoc adijci potest 1. in favorem venditoris, & hic modus frequentior est. 2. in gratiam emptoris, ut scilicet recepto pretio teneatur rem emptam restituere

Kkk vendi-

venditori. 3. in favorem utriusque, ita ut alteruter, prius voluerit, possit recuperare id, quod dedit, restituito eo, quod accepit. 4. ex parte tēporis, vel statuto certo tēpore ut nō possit in qualibet illius parte redimi, sed in mēse determinato vel die, vel ut nō possit redimi ante certū tempus elapsū, V. g. post 3. menses finitos. His positis.

R. Eiusmodi pactum de retrovendendo per se nullam iniustitiam cōtinet, modo serventur duæ conditiones. 1. est, ut is, in cuius gratiam fit talis contractus, de consueto pretio aliquid remittat in compensationem oneris, quod altera pars subit cedendi rem comparatam. 2. ut si quid damni allatum sit, pro eo satisfiat. De quantitate, & modo viderit electus utriusque consensu arbiter. Atque in hoc sensu & moderatione intelligi debet *Maxima*, quam DD. hic ad probationem adhibēt. Vnuiquisque arbiter rei suæ est, & imponere potest modum quem vult. Ita enim suæ rei quisque dominus esse censetur, ut disponat de illa pro libitu quidem, sed absque damno, & præiudicio tertii. *Bonacina* To. 11. p. 498. *Covar. l. 3. Var. c. 9. n. 3.* *Medina q. ul. de Vsu Gabr. in 4. Dist. 15. q. 12. art. 7. Maior. Q. 43.* *Mol. D. 375. Tholos. l. 25. c. 20.* *Escobar Tract. 3. Exam. 6. c. 3. Less. c. 21. D. 14. Filliur. Tr. 35. c. 7. Fagund. Contr. de Contr. Q. 33.* De fructibus; interea perceptis difficultas est, ut si vineam emisses reddendam post biennium venditori. Distingue, si vinea redimatur eodem pretio, quo vendita est, medii fructus omnes ad emptorem spectant, secundum valorem, quem tunc habent. At secundum valorem, quem acquirit post tempus retrovenditionis, aut postquam emptor fuit in mora reddendi,

pertinent ad priorem venditorem. Si autem redimatur diverso pretio, fructus pendentes ad primum venditorem pertinent: quia fit novus contractus, & revendenti licet augere, pretium ratione fructuum pendentium. In priore casu aliter fit, quia absque novo contractu is qui ante initus fuerat, dissolvitur. *Mol. Disp. 377. Navar. Silv. Caiet. & Conrad. ab eo citati. Thol. lo. cit. Card. Lugo Disp. 26. S. 13. §. 1. Bonac. Tom. 2. p. 498. Fashin. l. 2. c. 14. Escobar. Tract. 3. Exam. 6. c. 3. n. 34. Gomez l. 2. Var. c. 2. num. 24. Covar. l. 1. Variar. c. 15. nu. 6. & 7. Less. lo. cit. Dub. 15. n. 123. Palao Tr. 32. Disp. 5. Pun. 31. §. 9. D. 7. Quid iuris sit in Retractu.*

Retractus duplex est, Legitimus, seu gentilivus, & Conventionalis. Hic in retrovenditione exercetur; ille propinquis conceditur, ut quod aliis venditum est, redimere, & retrahere possit eodem pretio dato. Quatenus in nostris hinc provinciis obtinet, nihil aliud est, quam ius alienius gentis, aut civitatis, statuto, vel consuetudine concessum proximo venditoris consanguineo intra certum tempus rescindendi, & ad se revocandi venditionem rei immobilis, eodem oblato pretio, quo illa ab extraneo, vel remotiore consanguineo empta fuerat. *L. Dudum C. de contr. empt. & c. Constitutus de rest. in integrum* Extat quoque vestigium aliquod in c. 25. *Levit. & 32. Ieremia.* Utile inventum esse propter conservationem iurium in eadem gente, aut familia *Gasill prebat. l. 2. Obs. 19. Myrsing verò in Cent. 3. Obs. 51.* afferit in multis Germaniæ provinciis observari, nec coniunctus, vel vicinus alienare possit, nisi prius interpellet coniunctum, aut vicinū, quod vocant ius protomiseos, sive ius conguis

congrui, de quo sequentia observentur.

1. Retractum in sola venditione locum habere, nec extendi ad permutationem, locationem, emphyteusin, aliumve contractum, quo utile tantum dominium transfertur, directo penes alterum permanente, quemadmodum bene advertit. *Covar. l. 3. Par. c. 11. n. 3. & 4. Tirag. l. 1. de retractu §. 33. Tholos. l. 26. c. 12. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 17. §. 6. Ranchbar Par. 1. Q. 43. n. 24.*

2. Si post legitimam denunciationem proximi consanguinei iusto pretio emere nolint, post duorum mensium spacium alteri vendi potest. Si autem non requisito proximo consanguineo alteri res vendita sit, ius habet proximus retrahendi intra annum, & die communi iure, ut ex *l. 2. Feud. DD. colliguntur*. Ceterum predictus annus currit post venditionem perfectam etiam contra ignorantem, quamvis iusta & probabilis ignorantia iustam causam restituendi in integrum præbere possit. *Matth. de affict. in Tr. de iure protomisicos.*

3. Quando proximus consanguineus ius congrui habens morte naturali vel civili defungitur, V. g. professione religiosa, ius retrahendi non transit ad eius hæredem, aut monasterium, quia privilegium personale est, unà petiturum, ut *Mol. notat Disp. 730.*

4. Requiritur ut sumptus, & expensas tempore contractus factas integrè refundat. *Infra utile. §. fin. ff. de minor.* ne quidè vini ea quantitate decempta, quæ insumitur pro approbatione contractus, vulgò dicitur sumptus tamen non necessarios excipio, uti fraudem quoque, quæ quis simulando retractum pro se fieri in gratiam alterius faceret, qui prædium sibi optat. Unde plerumque iuramentum à retrahentibus exigitur, quod à bona fide beneficio retra-

ctus uti velint, quemadmodum fufius declaratur à *Tiragu. Glo. 1. n. 1.* retrahendo sibi tantum, quia ius retractus extraneo venditur. Ex dictis colligitur, in retractu videri actionem quasi realem contineri, potestate relicta proximo consanguineo ad se revocandi rem, apud & quemcunq; exiterit. *Tholos. tamen l. 26. c. 20.* vocat personalem in rem scriptam. *V. Gaill. l. 2. Obs. 16. Palao Tr. 32. D. 5. pun. 29.*

D. 8. An, & quomodo Monopolia licita, & iusta sint? Monopolium dicitur, quãdo unus, vel plures, pauci tamè procurant, ut ipsi soli aliquod mercium genus vendant eo pretio, quod ipsi determinant. Generaliter autè sumitur pro qualibet industria mercatorum, qua prædictum finè intendunt, & consequuntur. Sunt verò 4 principales modi. 1. conveniendo inter se de pretio, ut nemo minoris vendat. 2. ut soli certum genus mercium concessione Principis vendant. *Az. 3. l. 8. c. 28. 3.* coemendo industrie omnes merces, easque occulendo, donec pro sua expectatione precium creverit. 4. impediendo, ne aliunde per alios inveniantur. *Less. c. 21. D. 21.*

R. 1. Monopolia iure civili prohibita sũt. *l. un. C. de monopol. & in Comitibus imperialis. Colonia an. 1512. Norimberga an. 1524. Spira an. 1529. & 26. Augusta 1530. Ratisb. 1532. Augusta an. 1548. & Francofurti 1577.* addita pœna publicationis bonorum, & exilii. Nec vana hæc prohibitio est. Memini enim ante annos non multos Episcopum quendam, & Impetii Principem ad causam de instituto monopolio, dicendam ab Imperatore Ratisbonam citatum esse. *V. Ordinat. Imperii. similiter à Franc. I. Gall. Rege prohibita esse artificum monopolia Tholosanus auctor est l. 25. c. 14.*

Plurima enim damna communitati & subditis inde creantur, subtrahendo merces, occulendo, augendo precium, avertendo aliis lucra, & commoda sua. Monopolæ enim, ut *Damboud.* observat in *Praxi crimin. c. 122.* Secretam intelligentiam inter se habent, resque suas ita instituunt, ut ad singularem venditionem omnia contrahant, hoc est, triticum, carnem, pisces, butyrum, caseum, ova, saccharum, Syrupum, aromata, cuncta denique vendibilia, ab agricolis coemunt, ut postea ab ipsis cives, ac subditi emere debeant: adeoque ut annonæ flagellatores, & reip. perturbatores ac fraudatores multa gravissima, privatione bonorum, exilio, aliisque pœnis digni sunt. *Franc. Lucanus in Tract. de casib. honor. publicandor. par. 2. n. 5 & 6* *Ioa Berberius in Directo. Iuris. Rabr. de colleg. illic Fhol. l. cit. Laym. l. 3. Tract. 4. s. 17 §. 7. n. 41. Zerola Par. 1. V. Monopolia, in Vrbe à Pio 3 prohibita esse restatur.* Verùm ex hisce nondum sequitur contra iustitiam peccare Monopolas, neque modum negotiandi talem natura sua malum ac prohibitum esse: esto contra charitatem aliasve à iustitia virtutes delinquant. Igitur

R. 2. Monopolia, in quibus non exceditur iustum pretium, & sincera merces sunt, absolute mala, & iniusta non sunt: adeoque à Magistratu certis ex causis permissi, aut constitui possunt. Posterius hoc difficultate caret. Quis enim Regi aut principi, cum regno aut provinciæ suæ talem modum negotiandi utilem viderit, prohibeat, ne admittat vel lege aliqua constituat? *Silo. V. Emptio q. 18. s. a. V. Venditio n. 5.* Non peccare autem contra iustitiam Monopolas, dummodo iustū pretiū

licet summum exigant, patebit discurrendo per omnes modos supra positos. Nam quod primum modum attinet, quod plures inter se conveniant de tanto, & non minore pretio, aliàs iusto, ab ementibus petendo, seposita prohibitione extrinseca nulli iustitiæ præcepto opponitur. Utuntur negotiantes iure poscendo maius pretium: Utantur vicissim suo emptores, & minus offerant, vel etiam omitant emptionem. Rarè enim tanta emendi necessitas est, ut carere non possis, sed ad curiosam, & superflua nostra nos cupiditas impellit. Multò minus in secundo modo iniustitia latet. Principi enim ut diximus licet tale privilegium uni, duobus, tribus, vel pluribus concedere, addito etiam certo ve stigali in suum commodum: & secundum eiusmodi favorem agere Monopolas possunt alii verò abstinere tenentur. *Azor. l. 8. c. 28. Silo. V. Emptio p. 18.* Circa tertium modum, quando indulti re vel etiam vafre coemuntur merces, absconduntur, & reservantur in tempus opportuum augendo pretio, non una omnium sententia est. Contra iustitiam peccare censent. *Gabr. d. 15. q. 10 ar. 3. Ioan. Med. C. de restit. q. 36. §. pœn. Silo. V. Emptio. Q. 10. Ang. V. Negotiatio. n. 3. Sotus l. 6. q. 2. ar. 2. Maior in 4. d. 15. q. 4. Navar. c. 23. num. 91. & 92.* Piam, & probabilem opinionem esse lubens agnosco, contrariam nihilominus tenent ex recentioribus doctrina & fama notissimi. *DD. Molin. Disp. 345. L. ff. c. 21. D. 21. n. 151. Fagund. l. 5. de Contract. c. 35. Fill. Tr. 35. c. 8.* & alii quidam, qui addunt, quamvis contra iustitiam particularem nō delinquāt, delinquere tamen contra charitatē proximi, & iustitiam legalē seu publicā utilitatē. Nā si

modum

modum emendi illorum spectes, iusto pretio licet minore emunt: si detentionem & occultationem, ad oppositum nulla iustitiæ lege tementur: quod verò inde augeatur annona, communitati & civibus damnosa (quod est prioris sententiæ fundamentum) in ipsos ut causam derivari non debet: quia non tenebantur citius vendere: imò poterant aliò transvehere, vel etiam corrumpere & vastare. Adde, quod emptorum copia precium auget, & carissimam inducit, nec tamen idcirco contra iustitiam peccare censentur, at Magistratus, inquit, eos punire potest, & mercibus privare. Sit ita, nondum loquitur contra iustitiam, sed contra charitatem benevolentiam, & compassionem cõtribulibus debitã peccatum esse. Quartus modus distinctione indiget. Si quis invectionem mercium ab aliis institutam, fraude, vi, & injuria impedit, contra iustitiam graviter peccat, & communitati & mercatoribus ad restitutionem obligatus est. Communitati, quia aucti preii injustè causam dedit: mercatoribus verò, quia illos injustè probabili suo lucro privavit. *Silv. V. emptio q. 13.* Si verò absque vi, fraude & injuria, sed per industriam prævenit alios, effecitque labore & studio suo, ut merces suas primò distraheret indeque alii damnnum sentiant, nullius culpæ reus est, sed sibi imputent, qui eandem industriam & laborem non adhibuerunt. *Reb. lib. part. 2. l. 9 q. 7. num. 5. Soto l. 6. q. 2. §. atque per hanc Salas de Contr. D. 83. Escobar. tract. 6. Exam. 6. c. 5. num. 76. Dian. part. 1. Rosell. 27. Card. Lugo D. 26. Sect. 12. Armilla V. Menopolium Palao Diss. 5. pun. 24. Sfortia Palayismus l. 4. de just. c. 9. num. 86.*

Dub. 9. De negotiatione licita, & illicita. Duæ species difficiles, & periculosa mihi aparuerunt, ait *Sapiens Eccles. c. 26. V. 27.* Difficile exiit negotians à negligentia sive à deceptione, & non justificabitur caupo à peccatis laborum. Proderit ergò monuisse de ruina, & iniquitate, quæ multiplex est. *Antonin. part. 2. tit. 1. c. 17.* Primo vitiatur à fine, malo seu intentione. Nam quæ negotiatio nihil aliud quam lucrum sectatur, turpis est. Lucrum enim nisi in bonum finem ordinetur, ex se bonum non est, teste *S. Thom. 2. 2. q. 37. art. 4. 2. ratione personæ.* Nam prohibita est Clericis, quemadmodum in *1. part. Summa Tit. 1. §. 2.* ostendimus ex *Dist. 88. c. fin. de vi. & bon. Cleric. & c. Secundum instituta Ne Cler. vel Mon.* Jure Civili autem (si tamen ea lex conscientiam ligat) nobilibus. *l. 3. nobiliores C. de com. merc. & mercat.* Nobiliores natalibus & honoribus conspicuos, & patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus. *V. Tiraque. de nobilitate c. 33. 3.* Non est cum quibuslibet exercenda. Turcis & fidei Christianæ hostibus vendere arma, ferrum, pulverem tormentarium, ligna, & similia sub poena excommunicationis in *Bul. C. D. prohibetur. V. Navar. c. 27. num. 63. 4.* Nec quolibet tempore. In Dominicis, & festis abstinento. *c. Omnes. de Feriis.* Mercatura (in diebus Dominicis) minime fiat, neque placitum. Placiti nomine intelligitur quælibet lis, jurgium, & causa forensis, quæ in iudicio agitur. *V. Barb. l. cit. Sanch. l. 5. Confil. c. 2. Dub. 25. §.* Nec omnibus in locis. Ex templo vendentes, & ementes Christus expulit. *Matth. c. 21. c. Decet de immun. Eccles. in 6.* Cessent in Ecclesiis, &

carum cœmeteriis negotiationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cujuscunque tumultus. 6. Damnatur negotiatio quæ fit cum fraude, dolo, violentiâ, aut quolibet damno civium, vel Reip. secundum ea, quæ dixi Dub. præced. 7. illicita, & injusta fieri potest ratione pretii. Quamvis mercatoribus plus liceat exigere pro mercibus quàm ipsi dederint, propter laborem, & expensas itinerum, non licet tamen immoderatum pretium exigere. Faciunt etiam nonnulli inutiles, & minus necessarias expensas, quarum non est habenda ratio. Hic cynosurâ Justitiæ opus, ad quam nos virtutis amor, & DEI timor remittit. De negotiationis utilitate, necessitate, usu, & abusu plura eleganter tradunt, Petr. Tholos. l. 4. de Rep. c. 7. Adamus Contzen l. Polit. c. 10. Tanner. D. 4. q. 7. Dub. 2. De vitiiis mercatorum Alv. Pelaus l. 2. art. 42. Toletus l. 8. c. 47. & seq. Antonin par. 2. tit. 1. c. 17. & 18. Silvest. V. negotium, negotiatio. Armilla cod. num. 1.

S. III.

De Simonia.

I. **N**omen à Simone Mago est, qui Actor. cap. 8. gratiam & dona supernaturalia DEI pecunia emere nisus est. c. qui studet 1. quest. 1. & c. Salvator. 1. q. 3. Definitionem Glossæ communiter recipiunt DD. *simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi temporali pretio aliquid spirituale, aut spiritali annexum.* Dicitur 1. studiosa voluntas, id est, deliberata, ad excludendum motus animi indeliberatos. Per voluntatem intellige actionem, ne potentia vel habitus existimetur definita. 2. Emendi, & vendendi quibus verbis comprehenditur omnis contractus onerosus, sive sit emptio, sive permutatio, sive locatio, omnisque pactio tacita, vel

expressa. c. in ordinando de Simon. 3. pretio temporali. In hoc enim consistit propriè Simonia, quòd res spiritalis, vel spiritali annexa pretio temporali æstimetur. Nam si res spiritalis pro spiritali, aut etiam temporalis non uti pretium, sed in eleemolynam detur, non erit Simonia: imò ejusmodi oblationes commendantur in c. ad Apostolicam hoc tr. v. Suarez Tom. I. de Relig. l. 4. c. 1. Pallavicinus l. 4. de just. c. 8. Porro, quid spirituale hic vocetur, non facile est definire, ut Navar. fatetur c. 23. num. 99. deinde ex Panorm. & S. Thom in 4. D. 25. definit esse donum supernaturale à Deo datum ad animarum salutem: vel aliquid aliud institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam: vel ab Ecclesiastica potestate supernaturali, & gratis sibi data ad conficiendum illud, & gratis dandum. Hæc definitio videtur sumpta ex c. Gratia. c. qui studet c. quam pio l. q. 1. & à Navar. fusius declaratur loco cit. Unde colligitur, non unius generis res spirituales esse. Aliquæ enim secundum suam essentiam tales sunt, ut gratia gratum faciens, virtutes infusæ, dona Spiritus Sancti, gratiæ gratis data. 1. Cor. 12. ad Ephes. 4. Adde charismatem, potestatem ordinis, ac jurisdictionem. Aliæ sunt spirituales secundum causam, ut Sacramenta sacrificium, & Sacramentalia, oleum sacrum, chrisma, aqua benedicta, agni DEI, & similia. Denique, aliæ secundum effectum, ut operationes, & exercitia, quæ alicui spiritali, aut supernaturali dono conveniunt, ut prophetisare, administrare Sacramenta, miracula patrare, dispensare, & commutare vota, & similia. Quæ annexa sunt spiritalibus, habent se ad illa, vel antecedenter, vel

vel concomitanter, vel cōsequenter. Antecedenter, ut prāvīa & præsupsita ad per se ordinata ac spiritualia à Christo instituta, ut vasa sacra, vestes sacrae, calices, campanae, benedictio templi, cōsecratio, id genus alia, quae ad sacrificiū Missae referuntur. Simile est jus patronatus, quia præsupsionitur præsentioni ad beneficia: & Jus sepulturae, quia per illud sepultus acquirit multa bona spiritualia à Christo instituta. *c. cum in Ecclesia hoc tit.* Concomitanter, ut omnis labor, & actio, quae in functionibus spiritualibus, sive administratione Sacramentorum consistit. Ubi distinguere oportet laborem extrinsecum administrationi, & intrinsecū, qui est ipsa cōsecratio Sacramentorum. Pro illo nihil peccatur aliquid accipiendo, secus in altero est, cuius dignitas nullo temporali pretio aestimari potest, & si ex pacto aliquid detur, Simonia est. *S. Th. in 4. D. 26. q. 3. art. 2. Dur. q. 3. n. 10. Caiet. V. Simonia Silv. & Armill. eod. Vall. l. 5. tit. 3. §. 2. Silv. q. 9. Sotus l. 9. q. 6. art. 1. Less. c. 35. D. 1. Laym. l. 4. tract. 10. c. ult. s. 4. Sanchez. l. 2. Conf. l. 2. c. 3. Dub. 1.*

II. Simonia duplex est. Juris divini una, altera humani, seu Ecclesiastici. *Glo. in c. cum pridem de pactis.* Nam sacrilegium quoque ita dividitur, & Ecclesia statuere potest ut res, quae ex natura sua vendibilis est, non sit vendibilis propter cōnexionem, & relationem, quam habet cum spirituali, licet non addat novam aliquam cōsecrationem, aut sanctitatem. *c. quastum c. cum olim de rer. permat.* Hujus generis est illa quae committitur in venditione beneficiorum, quoad partem temporalem, seu fructus, quam partem Ecclesia constituit non esse vendibilem ratione

divini officii, à quo ex instituto Ecclesiae dependet. Idem fit in quibusdam officiis minus spiritualibus, puta, officio Sacristae, Oeconomae Ecclesiae, Advocati & similia, quae solo jure Ecclesiastico spiritualibus annexa sunt. *c. Salvador. l. 1. q. 3.* Similiter in permutatione beneficiorum Ecclesiasticorum, sine auctoritate superiorum facta. *c. ut. quastum.* Ecclesia enim potuit impermutabilia efficere propter sanctitatem ministerii: quamvis ejusmodi permutatio, cum nihil intercedit temporale non nisi generali quadam ratione Simoniaca censetur. Huic divisioni consonat illa, secundum quam dicuntur quaedam prohibita, quia Simoniaca sunt, & quaedam Simoniaca, quia prohibita. *Glo. in c. ex parte de off. lud. deleg. c. cum pridem de pact. Suar. l. 4. c. 2. & 7. Guterr. l. 2. Cano. q. c. 23. Palud. in 4. dist. 25. q. 4. Duran. dist. eod. q. 5. Henr. Gandau. quodl. 6. q. 26. Less. c. 35. D. 4.* Iterum dividitur Simonia in Mentalem. Conventionalem, & realem. Mentalis consistit in proposito mentis seu intentione, qua conferens alicui ex. g. beneficium Ecclesiasticum intendit illum obligare ad reddendum aliquid temporale: vel è contra sine ullo pacto: ut si des Episcopo pecuniam, vel eidem servias eorantissimo, ut pro illa pecunia aut obsequio in mercedem tibi det beneficium, idque Episcopus re ipsa contulerit nullo tamen explicitè vel implicitè pacto interveniente. Conventionalis habet pactum quomodocunque conceptum, sine executione tamen saltè utrimque facta. Quod duobus modis accidit. 1. si tantummodo initum sit pactum absque ulteriori progressu ad traditionem rei ex alterutra parte: & haec vocatur *pure conventionalis*. 2. si una pars dederit pecuniam, & altera

Et alio modo tradiderit rem spiritualem vel è contra; & hæc vocatur *Conventionalis simonia* quia constat partim reali, partim conventionali. Huc pertinet ea, quam appellant *Confidentia*, qua quis pactum inicit cum eo, cui dat, vel procurat beneficium eligendo, presentando, postulando, rogando in favorem, instituendo, confirmando commendando vel alia ratione, ut is qui beneficium accepturus est, illud ipsum sibi procuranti, vel alteri, puta, nepoti suo cum fratribus, vel eorum portione aliqua cedat. Et contra hanc lata est *Constitutio Pii IV. Anno 1564. & duplex Pii V. prior An. 1568.* altera sequenti edita, de quibus *Flaminius Parisius* insignem commentarium vulgavit. Quatuor modos *Simonie confidentia*. V. ap. *Less. l. cit. D. 17.* Denique realis illa appellatur, in qua utrimque, quod pacto promissum est opere ipso completur, si non omnimodè, saltem inchoatim, puta, beneficii collatione facta, & parte pretii exhibita. *Cajetan. Less. l. cit. Dub. 6. Valent. D. sp. 6. q. 16. Navar. c. 23. nu. 10. Azor 111. l. 12. c. 2. Tolet. l. 5. c. 86. Sanchez l. 2. Confil. cap. 3. Dub. 106. Escobar. tract. 6. Exam. 2. c. 2.*

III. Dividitur etiam ratione pretii. Aliud enim est munus à manu, aliud à lingua, aliud ab obsequio. Munus à manu pecunia est: munus à lingua favor: munus ab obsequio subjectio indebitè impensa. Quocirca vocabulum. Munus non significat hic gratuitum donum, sed potius gravamen, aut debitum justitiæ commutativæ. In quo sensu non raro accipitur etiam in Jure Civili, ut constat ex *ff. de munerib. & honorib. Angel. V. Simonia. §. 5. num. 1.*

DIXI, munus à manu pecuniam esse intellige, largiore modo, quicquid æstimari pretio potest, sive res mobilis, sive immobilis sit: item remissio debiti, dilatio solutionis, & mutui datio. *c. 1. de testib. Nav. c. 23. num. 101.* Munus à lingua extendit se ad encomia, laudes, adulationes, preces, quæ adhibentur ex pacto tacito, vel expresso. *Abb. in c. suam. num. 3. de ata. & qual. ordin. Cajet. V. Simonia c. fin. Videri velet. de Simonia.* Munus ab obsequio comprehendit quæcunque opera, & servitia alicui præstita, vel præstanda, cum obligatione conferendi beneficium Ecclesiasticum, vel aliquam aliam rem spiritualem, aut spirituali connexam, ut si famuli partes suscipias, & ministros Episcopopo alicui eo fine, ut præbendam aliquam consequaris. *c. cum essent. de Simonia Abb. ibi num. 5. Adrianus quodl. 9. art. 2.* Hinc sequitur non esse *Simoniacum*, qui alicui Prælato gratis servit, cum spe illi iustavore consequendi aliquando officium aliquod, vel beneficium: ut neque Episcopum, qui propter ejusmodi gratuita servitia gratitudinis causa promovet illum, commendat, vel proponit ad dignitatem vel præbendam consequendam, modo absit pactum implicitum. *Gloss. in c. cum essent. V. promiserat Angel. §. 5. num. 1. Sim. num. 16. Armilla num. 4. Reginald. l. 23. c. 22. num. 139. & seq. Less. c. 35. Dub. 20. Arragonum in 22. q. 100 art. 5. Concl. 6. Tolet. l. 5. c. 29. Laym. l. 4. tract. 10. c. ult. §. 3. Tann. D. 5. q. 2. D. 3. num. 64.* Aliqui etiam dividunt in veram, & præsumptam; quod locum habet tam in ea, quæ contra Jus divinum, & quæ contra Jus Ecclesiasticum est. *Tanner. III. D. 5. q. 3. 31.*

IV. Ad vitandam prolixitatem, & innumeras

numeras quaestiones seruiunt sequentes
 regula. 1. Res pure spiritualis nullo modo emi, aut vendi potest. Patet ex *Matth. 10. v. 8.* Gratis accepistis, gratis date, &c. *Gratia 1. quest. 1.* 2. Mixta ex spirituali, & corporali res, qua spiritualis est, quamvis modice, non nisi Simoniacè venditur. Si autem vendatur, quatenus corporalis est, propter consecrationem augeri pretium non debet. *Navarr. c. 23. num. 99. 3.* Nulla res ex spirituali & corporali mixta emi aut vendi potest absolute, si spirituale in ea sit principale, & corporale sit accessorium: prout labor corporalis accessorius est celebrationi Missæ, prædicationi, & collationi ordinum. *Cajetan. in Summ. hoc tit. Lessius c. 35. Dub. 8. 4.* Si è contra corporale sit primarium, & spirituale accessorium, ut in sacris vasibus contingit, vendi absolute potest, nisi iure positivo prohibeatur. Utriusque regulæ vis innititur *Reg. Iuris 42. in 6. Accessorium naturam sequi convenit principali, de qua V. Dynum, Vivianum, & Barbof. 5.* Eorum, qui spiritualia administrant, stipendium, Simonia vacat. Dignus enim est operarius cibo suo. *Matth. 10. vers. 10. 1. ad Timoth. 5. vers. 8.* & gregis pastor de lacte illius manducat. *1. Corinth. 9. vers. 7.* Uode *S. August.* Accipiant inquit sustentationem necessitatis à populo, & mercedem dispensationis à domino. *V. Cajet. in Summ. & Tann. D. 5. q. 8. Dub. 3. num. 68.* Neque excludendi sunt aliunde locupletes, quamvis enim periculum sit, ne nimia cupiditate peccent, digni sunt velut operarii mercede sua. *con. Sotum l. 9. quest. 6. art. 1. Arragonus 22. quest. 100. art. 2.* 6. Quamvis pro ministerio, vel actione spirituali, cuiusmodi est administratio

Sacramentorum divini verbi prædicatione, & simil. locare per se operam suam non liceat, licet tamen per accidens propter conjunctam molestiam, & laborem. *Palavicinus l. 4. de Iustit. c. 8. n. 78.* Nam relinquere propterea aliam occupationem sibi commodam, iter facere, legere, scribere, & similia pretio æstimabilia sunt: quod etiam Ecclesiæ consuetudo probat legentibus Missam, & concionantibus certum solarium exhibens. Quamobrem hoc loco valet distinctio laboris intrinseci *n. 1. indicata. 7.* In illis, quæ principaliter corporalia sunt, ut officium Sacristæ, Judicis, advocati Ecclesiastici Doctoris Theologi, & similibus nullum Simoniacæ Juris divini periculum est. Quamvis enim qualemcumque relationem ad spiritualia habeant, longo intervallo id, quod non spirituale est, præponderat. *Victor. Rel. de Simo. Cajet. in Summa. Angel. n. 6. Fab. n. 16. Armilla n. 2. Arragonus in 22. q. 100. art. 2. Reginald. l. 23. cap. num. 1. 7. & 136. Gabr. in Cano. Lect. 28. Emm. Sa. num. 2. Less. l. citato. Tanner III. Disp. 5. q. 8. Dub. 2. num. 49. & sequ. Toletus l. 5. c. 87. n. 4. & 5. Barb. in c. sicut Episcopum 1. q. 2. & c. si quis objecerit quest. 3.*

V. Quod Simoniacorum pœnas attinet, illud constat, mentali Simoniacæ nullam constitutam esse. *c. ult. de Simonia ubi Barb. ad illa verba. Et ad significationes.* Hic textus probat Simoniacum mentalem non teneri ad resignationem, aut restitutionem, ut *S. Thom. docet 22. q. 100. art. 6. Cajet. Sily. Less. l. cit. Dub. 23. & alii in V. Simonia. 2.* nec pure conventionali, & non completæ, sed confidentiali tantum. Canones enim ubi de censuris loquuntur, dationem, acceptionem, ordinationem,

aliam verealem executionem exprimit. *Extrav. l. 1. & 2. de Simo. & alibi. 3.* Communis DD. sententia est, Simoniam, quæ rei corporalis, & spiritualis traditione completa est, pœnam mereri; dubitant verò de ea, quæ completa est traditione rei spiritualis nondum soluto pretio. *V. Comit. l. 4. q. 6.* Censeo aliam hujus rationem esse, & pœnam non mereri, tum quia pœnas non extendere, sed astringere convenit, præsertim tam graves, tum quia multi, & magis Juris interpretes ita sentiunt. *Covar. in Reg peccatum par. 2. §. 8. Binsf. in Rubr. de Simo notab. 15. obs. 3. Vgolinus tab. 3. c. 5. Arin. V. Simo. n. 4. Less. c. 35. Dub. 27. Pet. Nav. l. 2. de restit. c. 2. n. 428. 4.* Sola Simoniam, quæ committitur in ingressu religionis, ordine, & beneficio, juris pœnas ipso facto incurrit, uti tradunt *Sily. q. 19. Cajet. c. 72. Nav. c. 23. n. 111. v. 6. Binsf. in Rubr. de Simo notab. 15. obs. 5. Suar. c. 55. n. 5. Less. Dub. 23. in it. Laym. l. 4. tit. 10. c. ult. §. 7. n. 69. Tann. D. 5. q. 8. d. 1. 4. n. 83. & n. 100. Sanchez. l. 2. conf. c. 3. D. 106.* De his ergò solis loquendo, primò, pro Simoniano Religionis ingressu ab *Vrbano IV.* pœna excommunicationis decreta est tam dantibus, quam accipientibus. *Extrav. 1. de Simo.* Item Conventui, seu Capitulo pœna suspensionis; quarum utraq; Sedi Apostolicæ reservatur. *Roder. III. q. 63. art. 2. & 3.* Si tamen ea Constitutio recepta non est, ut *Less. videtur n. 131.* nulla excommunicatio, nisi pro Simonia commissam in ordine, & beneficio superest. Et quamvis recepta esset, hoc tempore propter paupertatem monasteriorum facile excusari possent, qui aliquid pro ingressu religionis dant, & accipiunt. itemposito, commissam in ingressu Simoniam esse, nisi sequatur professio nondum est pœnæ locus, propter imperfe-

ctionem actus. *Secundò,* quod attinet Simoniam realem, & completam in ordine illi posita est excommunicatio Papæ reservata tam respectu ordinantis, quam ordinati. *Extrav. de Simo.* Quod extendit aliqui ad primam tonsuram, quia cõmuniter loquendo, per eam ordinari dicimur, & in ordine Clericorum constitui. Imò *Nav. l. 5. conf. 59. de Simo. & Avila par. 3. de Censuris. Disp. 5. Ign. Lop. in pract. c. 95. Dub. 9.* Simoniam commissam in reverendis, seu dimissorialibus literis eodem referunt, quia videlicet instrumenta, & prævia dispositiones ad collationem ordinum sunt. Præterea ordinans incurrit suspensionem Juris à collatione omnium ordinum per triennium spectato jure antiquo. *c. pan. de Simo.* Ulterius per Bullam Sixti V. editam contra malè promovētes & promotos suspensus est à collatione quorumcumq; ordinum, atq; ad eò ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Põtificialium. Denique interdicitur illis ingressus Ecclesiæ, & reservantur hæc censuræ Sedi Apostolicæ quamvis Simonia occulta foret. Ordinatus verò Simoniacè incurrit suspensionem ab ordinibus non tantum, quos malè suscepit, sed etiam omnibus simpliciter. *c. 2. de Simo. Abb. Sily. Avila Suar. V. D. 31. Sect. 4. n. 33. Less. D. 23. n. 135.* *Tertiò,* qui Simoniam realem completam dato & accepto pretio in beneficiis commisit, eligendo, præsentando, cõfirmando, aut instituendo, excommunicationem Sedi Apost. reservatam incurrit, juxta tenorē *Extrav. 2. de Simo.* Sed nomen beneficii strictè accipiendum est, ut non comprehendat pensiones, & vicarias temporales. *Az. III. l. 12. c. 21. Ign. Lop. in pract. c. 95.* Præterea omnis Simoniacè facta e-

lectio.

lectio, presentatio, confirmatio, collatio, & quavis alia dispositio ad dignitatē, personarum, officium Ecclesiasticum, aut aliud quodvis beneficiū irrita est, nullumque jus per eam acquiritur, neque provisorius fructus suos facit, sed ad eorum omnium restitutionē sub animæ suæ periculo obligatus est. *Extrav. 2. c. Matth. de Simo. Fran. Leo pa. 2. c. 17.* Prædicta omnia etiam de regularibus officiis & beneficiis intelligenda sunt, puta Generalatus, Prioratus, & sim. exceptis temporalibus. Custodis, Syndici, & sim. *Suar. l. 4. de Simo. c. 57. n. 22. & 47. Bonac. to. 1. p. 715. & al.* Nec prodest ignorantia ejus, qui Simoniacè eligitur vel instituitur, quò minus irrita sint acta. *Ab. c. pen. de el. A7. III l. 12. c. 21. q. 7.* Excipe 1. nisi aliquis in fraudem eligendi vel instituendi ignorante ipso pecuniā largiatur, ut illū inhabilē reddat. Non enim convenit, ut hæc hominis malitiosi fraus innocenti oblit. *c. nobis fuit de Simo.* Excipe 2. si electus aut institutus expressè contradixit, & prohibuit, ne Simoniacè largitio, vel acceptio interveniret, quæ nihilominus contra voluntatē & scientiā ipsius facta est. Quid verò si factā postulatā habeat? non infirmari propterea collationē ante Judicis sententiā, quæ semel absolutè & validè peracta fuit, probabile est. Neque si Simonia commissa est in confirmatione, propterea electio benè facta irritatur. *Nam. Conf. 10. de Simo. n. 4. Adr. quodl. 9. art. 3. Zer. par. 2. v. Simo. n. 8. Piafec. par. 2. c. 4. de Simo. sua. c. 58. n. 7. Less. c. 35. Dub. 25. n. 144. Val. D. 6. q. 16. pun. 6. Laym. l. 4. tr. 10. c. ult. §. 7. n. 73. Regi. l. 23. c. 12. Tol. l. 5. c. 93.* Quartò qui beneficiū Simoniacè obtinet, per Judicem causa cognita privandus est. *c. presb. 1. q. 1.* Et probabile est non idèd ad alia beneficia obtinenda inhabilē esse.

Navar. conf. 91. & 92. Suar. c. 58. et. fin. n. 18. Bulla Pii V. cum primum recepta sit.

§. IV.

Satisfit Dubiis de Simoniâ.

DUB. 1. An Simonia jure naturali divino prohibita sit.

R. Etsi. Primò enim res spiritualis supernaturalis non est materia idonea emptioni & venditioni, cum nullū illi æquale pretium reperitur. Unde Salomon de sapientia *Prov. 3. v. 15.* dicit, pretiosior est cunctis opibus; & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. 2. bonorum spiritualium homo nec dominus est, nec esse potest. Ac proinde vendere non potest. Ipsi certè Prælati Ecclesiarum ab Apostolo dispensatores (nō domini) appellantur *ad Cor. 4. v. 1.* Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum DEI. 3. Venditio repugnat rerū spiritualium origini, quæ ex gratuita DEI voluntate proveniunt. Unde Dominus *Matth. 10. v. 9.* *Gratis accepistis, gratis date.* Has *S. Tho. 22. q. 100. a. 1.* rationes postquā oppugnavit *Suar. l. 4. de Sim. c. 2. n. 7.* Optimas vocat, & quibus cuncti DD. utantur. Supponūt autē ordinē rerū supernaturalium fide cognitū, quo admissio cōnaturalis illi Jus est dona spiritualia nec emere, nec vendere. Hinc sequitur etiam in lege naturæ Simonix locum fuisse. Habuerunt enim tunc sacrificia, & oblationes quarū aliquid qui mercij loco venale proposuisset eodem tū Simonè Mago crimine se inquinasset existimans donum DEI pecunia possidere posse *Act. 8. v. 20.* De lege Mosaiica minus dubii est, in qua prophetiæ donum, & tot sacrificiorum genera, ac cæremoniæ fuerunt. Et constat *Giezi l. 4. Reg. c. 5. & Jeroboam 3.*

Lll 2

Rego

Reg. 13. eo vitio notatos esse. *c. qui studet* 1. qu. 1. Quod paganos & infideles attinet, *Victoria relect. de Simo.* non caruisse hoc vitio existimat, quia habuere ipsi quoque sacrorum Ministros, autoritate publica creatos, quam potestatem, non licuit emere, aut vendere. Verum hæc ratio nihil probat aliud, quam paganos falsa persuasionem delusos credidisse, se veros DEOS, & verum ipsorum cultum habere: adeoque Simoniacos esse potuisse secundum conscientiam erroneam. Revera autem ut nullum propriè dictum sacrificium, ita nihil spirituale apud illos nec materia Simoniacæ labis fuit. *Card. Tuschus Concl.* 249. *Arrogon. ad q. 100. S. Thom. art. 1. Soto l. 9. q. 5. art. 1. & 2. Victor. in relect. de Simo. n. 11. Duran. in 4. D. 25. q. 5. Palud. ibid. q. 4. ar. 1. Rich. ar. 3. Adrian. quodl. 9. ad 3. Armach. l. 10. c. 9. Less. c. 35. D. 1. Suar. c. 2. n. 6. Tann. to. 4. tr. 10. c. 8 §. 1. Azor. III. l. 12. c. 1. Glossitem & Canonista omnes supponunt.*

DUB. 2. Cui virtuti opponatur Simoniacæ vitium?

R. Ex definitione ipsius liquet, contra Religionem esse quæ virtus præcipit sincerum DEI cultum: reverenter, & sanctè tractare ea, quæ ad honorem divinû pertinent. Quicumque igitur res spirituales aliarum civilium more venales exponit, contra virtutem Religionis graviter peccat. Neque de hoc quisquam Doctorum ambigit. Sed an non simul injustitiam cõtineat, dubium est. Continere *S. Tho. l. cit. ad 2.* indicat, eumq; secutus *Arrogon.* Directè, ait, Simonia est irreligio quia ex natura sua, & principaliter est injuria Deo, & rebus spiritualibus illata, consequenter tamen, & minus principaliter & injustitia in quantum rem alienam, cujus nul-

lus in terra, ne quidem Põifex dominus est, vendere tentat. Verum si hominis ad DEUM alia nõ datur injustitia, quam quæ contra religionem est, de quo nõ attinet hic litigare. Non nisi improprie seu latiore modo Simoniacæ injuria inest. Nam neque alienatur per illam ulla res à dominio DEI, neq; damnum inferitur. Solùm ergo quoad pravum aff. Etum Simoniaci injuria committitur, quia paratus est vendere rem sacram, etiam si inde damnum Deus pateretur. *V. S. Tho. 1. par. q. 21.* Non semper tamen immunè esse ab injustitia poterit in certis materiis. Nam si quis ecclesiam consecratam pluris vendat, quam aurum valeat, & artificium ratione consecrationis, venditio quoad excessum illa injusta est. Item, si quis aquam benedictam magno pretio aestimet, quia benedicta est, & sic aliis vendat, Simoniacus & injustus erit: & sic in aliis. Unde regula generalis colligi potest. Quotiescunq; ratione solius spiritualitatis rei aliquod temporale pretium accipitur, injustitia committitur. *c. Ordinatus. 1. q. 1. uti Gl. in V. Fures. Suar. c. 4. n. 7. & c. 59. n. 21. Az. III. l. 12. c. 1. q. 3. Soto l. 9. q. 5. ar. 1. Val. q. 16. pan. 4. Decil. 5. c. 85. Laym. l. 4. tr. 10. c. ul. §. 1. n. 5. Tann. D. 5. q. 8. Dub. 2. n. 25. Escob. tract. 6. Exam. 2. c. 2.*

DUB. 3. Utrum in Simonia sit comprehensa hæresis? Rationem dubitandi juris appellatio suggerit. Nã hæresis Simoniacæ legitur in *c. fertur c. presb. 1. q. 1. c. altare ib. q. 4. c. quic. sacros ib. c. non est ib. q. 1. & c. quoties de sim. ubi Bar. citatis pluribus hæresin appellari Simoniam largo quodam modo asserit. Simoniacus enim eo ipso, quod rem sacrã vendit, malè sentire præsumitur de sanctitate Ecclesiæ, quasi eam credat velle spiritualia licitari, vel rem*

spirit-

spiritualem non esse imprecabilem.

R. Simonia cum hæresi, & sine hæresi esse potest. Cum hæresi est in omnibus illis, qui per errorem intellectus dona spiritualia pretio æstimari posse cum Simone Mago credunt. *Barb. in c. Quisquis. 1. Q. 1. Sine hæresi in eo, qui tantum perverlo animi affectu propter immoderatam auri cupiditatem spirituale aliquid vanae proponit. Hunc affectum sæpè repetiri absque ullo intellectus errore in illis potissimum apparet, qui beneficia ecclesiastica mercantur. S. Tho. p. 100 a. 1. ad 1. & communiter Theologi, præter alios Carafa de Simo. n. 41. Menoch. l. 5. Præsumpt. 6 n. 30. Mascard. cont. l. 1305. Campan. in diversis. l. 17. Flaminin. de confiden. Q. 8 n. 22. Marta de iurisd. par. 2. c. 37 num. 15. Eman. de Valle de incant. S. 3. c. 22. Silv. V. Simonia n. 5. Suarez. To. 1. de Relig. Tract. 31. 4. de Simo. c. 1. nu. 6. Lorin. in c. 6 Actor. Vers. 18. Alph. à Castro l. 13. V. Simonia.*

DVB. 4. An levis materia & Veniale peccatum in Simonia reperitur?

R. Per ignorantiam, & inadvertentiam fieri posse, ut in materia Simoniaca leviter pecces, facile damus: alium modum non admittunt gravissimi DD. quia nec ex parte rei spiritualis, nec ex parte pretii videtur ita decrefcere posse, ut non sit lethalis culpa. Non ex parte rei, quia nullum donum gratiæ tam exiguum est, ut si hæ gravi irreverentia vilipendi, & cum re vendibili æquiparari queat. Nam eo ipso, quod venditur, pro non gratuita Dei donatione habetur. *Sanch. l. 2. Conf. c. 3. D. 110. Vnde existimo, ait Fran. Suar. c. 3 n. 5. esse peccatum mortale vendere vel minimum cereum agni Dei, vel pro vero pretio, quam salutem angelicam. Neque ex par-*

te precii. Hoc enim vel est magnum, vel parvum. Si magnum hoc ipso augetur illius cupiditas, & gravis deformitas apparet. Si vero parvum, magnum rei factæ contemptum indicat, quæ per se nulli pretio æquiparari potest. Igitur qualecunque pretium sit, quod pro dono spirituali peritur, & exhibetur magnam, & mortalem culpam efficit. Præterea cum eiusmodi nundinatio per contractum peragatur, etiam inadvertentia tollitur, ratione cuius alioqui excusari posset. Sola igitur restat ignorantia tum facti, tum Iuris. Fieri enim utrumque potest, ut emens aut vendens non advertat rem hanc in presenti Sacra esse, vel tam graviter prohibitam. Probabilis sanè, & valdè pia hæc opinio est.

Nihilominus oppositam non damnaverò, quam Diana Molina & Bonac. tribuit, (iure, an iniuria, dubites) quemadmodum in furto, ita in Simonia levem materiam & peccatum Veniale reperiri. Nam si in materia Sacramentorum, Voti, & similibus contra Virtutem Religionis fieri potest, uti patet, quid causæ erit, ut in Simonia non contingat? Blasphemix similis est, dices, in qua nihil leve. Imo dissimilis, quia materia ipsius longè alia, utpote capax humani contractus, & sæpè non nisi per denominationem extrinsecam facta. Et cui rogo, persuadeas, Vnciam aquæ benedictæ, si propter benedictionem uno obolo charius vendiderit, peccati mortalis reum esse? *Glo. in c. Fur. autem. 14. q. 6. in V. Quod furto. Val. Regim. l. 23. nu. 166. Barb. in c. cit. & in c. Etsi questiones de Simo. Zerola P. 2. v. Simonia. Aloys. Ricc. in decis. Neapol. decis. 208. Fill. 1. c. 13. tr. 45. c. 1. Decian. l. 5. c. 81. n. 12.*

DVB. 5. Vtrum omnibus Sacramen-

tis Simonia committi possit?

De Solo Matrimonio controvertitur, quod vendi posse absque Simonia docuerunt Veteres aliqui cum *Glo. in c. Cùm in eccles. de Simo.* ubi admittit Matrimonium esse Sacramentum, & nihilominus affirmat, vendi posse. Quia, in eo, inquit, gratia, non confertur, iuxta. *c. Connubia. 32. p. 2. & c. Nuptiar. 27. Q. 1. Item c. quicquid. 1. q. 1. & c. Vendentes. 1. p. 3. allegatur etiam c. Honorantur. 32. p. 2. in quo Ambr. dicit. Honorantur Rebecca parentes muneribus. Unde volunt sequi, pro Matrimonio contrahendo exigì posse pecuniam. Non abhorret. Durandus in 4 sent. dist. 26. q. 3. referens pro eadem opinione Ostiensem et. de Sacram. non iterandis Eandem tenet. Alens. 2. par. 9. 169. n. 4. ar. 1. dub. 1. Nihilominus*

R. Etiam in Matrimonio Simoniam committi posse. Hæc propositio hodie est de fide. Nam Concil. Trident. Sess. 7. generatim, & Sess. 24. can. 1. definit si quis dixerit. Matrimonium non esse verò, & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, neque gratiam conferre, anathema sit. Unde necessario sequitur, non magis vendi posse, quàm alia omnia. Nec aliter nunc quisquam Theologus, aut Canonista loquitur. Quod verò *Gloss.* decepti, illius temporis quorundam error fuit, Matrimonium non nisi improprie & hæc quodam modo Sacramentum dici, quemadmodum in statu innocentie fuit, teste Paulo ad Ephes. 5. Unde nec ad rem sunt, quæ ex Canonibus allegat. Nam in *c. Quicquid* generalis regula ponitur de omnibus Sacramentis, sub quibus Matrimonium comprehenditur quamvis non nominetur, quia necessarium non erat. In *c. Nuptiarum* nihil extat ad præsentè cau-

sam pertinens. *c. Connubia* non loquitur de Sacramento aut vinculo matrimonii, sed illius usu. *c. Honorantur.* nihil ad rem confert, tū quia agit de connubio Rebecca, quod constat non fuisse Sacramentum propriè dictum, tum quia non pro Matrimonio, ut sic, sed in signum benevolentie data sunt munera parentibus & cognatis Rebecca propter consensum in nuptias. In *c. Vēdētes* nihil aliud legimus quàm vēdētes & emētes dona Dei, pariter dānari, quod ultra fatemur. *c. Ecclesia h. 2. Antonin. Par. 2. 22. n. 5. S. Tho. 22. q. 100. ar. 2. ad 6. De ciannus l. 5. l. 79. n. 10. Az. 3. l. 12. c. 4. Redoan. Tr. de Simon. par. 1. c. 11. & 12. Rosella V. Simonia §. 1. n. 17. Armilla eod. nu. 31. Suarez. l. 4. De Simonia c. 10. n. 8.*

DVB. 6. An sit Simonia, largiri aliquid spirituale pro spirituali? Simoniam esse, si ex pacto fiat, *Richardus censuit in 4. D. 25. ar. 3. q. 1.* duabus rationibus persuasus. 1. est, quia emitur res à non domino, quod absque Simonia non contingit. 2. Contrariationem gratiæ est, ut vendatur pro quocunq; precio, etiam spirituali. Eo ipso enim definit esse gratia. Sed parum roboris in utraque sumptione est, ut mirum non sit neminem invenisse, qui consentiret.

R. igitur. Rem purè spirituale pro alià similiter spirituali dare vel commutare nulla Simonia est salte iure divino. Patet ex definitione Simonie præc. §. allata. Ea enim pro Simonia essentialiter requirit pretium corporale, id est pecuniã, vel quod pecuniã æstimari potest Unde nulla irreverentia aut iniuria inferatur rei spirituali, quado cū aliã simili commutatur: nec quisquam est, etiam religiosissimus, qui Simoniã metuat, dicendo suis notis. Tu pro me hodie cōfessiones excipias, Eucharistiã præbeas,

cionē in mea parochia habeas: aliò tempore eadē pro te faciā. *Escobar Tr. 6. Exa. 26. n. 24.* Dixi non esse Simoniam iure divino: quia in beneficiis ecclesiasticis ex prohibitione Ecclesie Simoniam committi potest ut infra patebit. Ad rationes *Ribard* di uno verbo dicitur, hic neque pactū venditionis, neq, ullū pretiū esse, sed purā, & simplicē commutationem. At nemo rei spiritualis dominus est. Fateor, Igitur vendere aut commutare non potest. Non video sequelam. An non, qui alienas res administrant, ut tutores, & mandatarii, validē contrahunt. Deinde licet ipsius gratia, & donorū supernaturalium nemo dominus sit, quilibet tamen actionū suarum quibus munia Sacra perficit dominus est, & libertatem habet in aliorū commodū offerre & impedere. Ita, *communiter DD. ex c. super eo de transact. l. 23 p. 3. n. 22. Az. l. 2. c. 3. q. 5. Less. c. 35. D. 12. Laym. l. 4. r. 10. ault. §. 2. Bonac. de Simo. p. 4. q. 7. nu. 2. & seq. Sanchez. l. 2. Confil. c. 3. D. 44. Toletus. l. 5. c. 88. nu. 2. Barb. in c. dilectus 2. de Simonia. Decianus l. 5. c. 84. nu. 23.*

DVB. 7. In quibus actionibus, & operibus Simoniam committatur?

R. 1. Committi Simoniam, quando cūq; pecunia vel quod pecunia estimabile est, datur pro actibus Virtutū supernaturaliū. Vg. pro oratione, ieiunio & similibus. Secus, si gratuitè detur, etiā sub conditione, aut modo, ut opus bonum præstetur. *Umitur ex c. sicut Episcopū. l. q. 2. c. Et si questiones §. Dilectus 2. c. si. c. Tua de Simonia.* Et sic licet mūnera dantur animo allicendi ad Baptismum, ad Religionē, vel Sacros ordines lo sciendos. Item pecunia offeruntur pro remouendis impedimentis, quæ

prædictorū operū executionē impediunt. Nam in hoc modo agendi nullum pretiū intervenit, sed gratis, & liberaliter omnia fiunt, quod honestum, & laude dignū est. Imò Deus ipse servantibus mandata sua bonorum temporalium abundantiam promittit: etiā pacto addito, ut SS. lit. passim docent, & speciatim. *Gen. 17. V. 2. Ambula coram me, ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer. Præterea licitè donamus vitā reis in fidelibus ea conditione, ut Baptismum recipiant, quem morem hodie receptū apud Hispanos esse Medina testatur. 3. similiter domini libertatem servis promittunt, si Baptismum admittere velint, Pii homines impudicis mulieribus dotem, si relicta impuritate nubant: Licet parentes filiis suis pollicentur vestes, pecuniā, aliave munuscula, si in frequentandis templis, cōfessione, & communionē diligentes fuerint, quos nemo dixerit usum Sacramentorū vendere. Hugo in c. quā Pio 1. q. 2. Archid. V. in ea. Glossa Ostiens. in c. dilectus 2. h. 2. Anchar. Abb. Felinus Ang. nu. 26. Situ. q. 8. Armilla. n. 30. Less. l. c. D. 12. Sanchez. l. 1. de Matrim. D. 39. Tolet. l. 5. c. 88.*

R. 2. Simoniam nō est, spectando naturam rei, si propter eleemosynā, aliudve commodū temporale officiū, aut rem spirituale alteri præstes, modo pactū, & conuētio pretii absit. Patet ex definitione Simonie explicata. Secundum hanc enim nulla Simoniam, seponēdo prohibitionē humanā, in donationibus, & operibus gratuitis invenitur. Et qui Auctores aliter locuti sunt, dicendo. Vg. Clericū Simoniacū esse, qui propter distributiones ut finē principale in ecclesiā venit, intelligi debent, si distributiones cupiat obtinere tanquā pretium

laboris

laboris sui. Neque turpis quaestus appellari debet, cum Sacra reliquiae exponuntur eo fine, ut populus accurrat, & largas elemosynas offerat. Nam quamdiu patrum tamdiu Simonia abest. *Nav. c. Inter verba 11. q. 3. Concl. 5. n. 25. Decianus l. 5. c. 79. Laym. l. cit. §. 2. n. 12. Suarez c. 26. n. 11. & seq. Vallens. l. 5. tit. 3. §. 2.*

R. 3. Simoniacus est, quicumque pretium accipit pro aliquo actu ordinis, vel iurisdictionis episcopalis. *c. Gratia. c. Placuit. c. si quis & alius 1. q. 1.* Eiusmodi actus sunt consecrare Sacerdotes, Diaconos, &c. conficere chrisma, dispensare in Voto, iuramento, absolvere à censuris largiri indulgentias & similia. *V. Lud. Beja in Casu 37.* Nam omnes praedictae actiones maxime spirituales sunt, pro quibus optare vel exigere temporale aliquid nihil aliud est, quam cum Simone mago donum Dei pecunia aestimare. *Antonin. 2. par. tit. 1. c. 15. c. 26. n. 2. & 14. Less. c. 35. D. 9. Insuper Co. Tr. S. 21. c. 1.* praecipit Episcopis, ut nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsurae: nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo alicuius causa etiam sponte oblatum quovis pretextu accipiant. Nec excusantur Episcopi titulares & suffraganei, qui in aliorum diocesis ordinem conferunt cum consensu episcoporum & Archiepiscopo. Nihil enim eam ob causam accipere muneris aut doni possunt, sed à suis diocesanis, vel à quibus constituti sunt, sustentationem petant. *Addit Tolet. l. 5. c. 88.* periculum esse etiam in accipiendo candelas. *Damnatur etiam à Congr. Cardin. (declara. nu. 1.)* consuetudo percipiendi ab ordinatis ad primam tonsuram forcipes, pedines, & mappulas, praeter fa-

culas, pariterque à presbyteris. Quod episcopis grave videri non debet, cum aliunde necessitati ipsorum satis provisorum sit.

NOTA. Quod dispensationem attinet, Romanae Curiae praxis est, aliquid exigere à petentibus 1. pro sustentatione summi Pontificis: 2. pro labore officialium 3. pro commutatione unius operis in aliud 4. in poenam delicti. *Bonac. To. 1. pag. 696. Vol. 1. §. c. 89. nu. 2.* Idem in episcopis excusato potest consuetudo. *Less. l. cit. n. 58.*

R. 4. Simonia est, pro iure sepulchri, ut quis in hoc vel illo ecclesiae loco sepeliri possit, pretium accipere. *c. Audimus. &c. abolenda. de Sepulch. ubi gl. Abb. & alii.* Si quis autem certum locum pro se, & suis sibi vendicare velit, ut proprium, licet non videtur exigere aliquid: quia onus ecclesiae ministris impositum pretio aestimabile est. *V. qua diximus tit. 5. §. 2. de iure sepulchri.*

DVB 8. An pro omissione actus accipi pretium queat sine Simonia?

R. Non posse, quando pactum sit de omissione actus iurisdictionis seu potestatis ecclesiasticae, quae instar actus peccati esse dicitur moraliter, cuiusmodi est detentio peccati alicuius absolventi, vel censura, quae propter omissionem talem continuatur. Tunc enim bonum illud spirituale ab eo, qui pecuniam dat, inique emitur ex odio, vel invidia, & ab habente potestatem absolventi traditur ex avaritia accepto pretio. *c. Nemo presbyterorum. de Simon. ubi utrumque Simoniacum dicitur, & munus accipere, ut poenitentem reconcilies, & ut à reconciliatione removeas. Idem fit, si in foro externo Iudex spondeat accepto pretio se non liberaturum ab excom-*

munica-

municatione Petrum, vel non approbatum ad suscipiendos ordines Paulum, quamvis dignum. Vbi etiam iniustitiæ, & aliorum peccatorum malitia admisceri potest. In aliis actibus, & omissione illorum licet aliàs sub obligatione sint, non committitur necessariò Simonia. Vt si pecuniam tibi dederò, ne legas Missam, ne frequentes choros, ut abstrineas à legendis horis, & similibus, quia talis ommissio cum nullum effectum pariat, non censetur bonum spirituale, sed potius negatio illius. Nihilominus si absque iusta causa de tali omissione pactum fiat oblato pretio malitiam valde affinem Simonia habebit. Nam tacitè insinuat, imò præsupponitur, & omissionem actus, & actum ipsum pretio æstimabilem esse: quæ non levis irreverentia omnibus bonis spiritualibus contraria. Vnde si accederet, præceptum Ecclesiæ prohibens eiusmodi licitatione, contra facientes faciliè Simoniam committerent. Adde, quod ommissio debiti officii in personis ecclesiasticis subinde potest esse dispositio, & causa alicuius boni, vel iuris specialis, vel respectu illius, qui pretium dat, vel respectu aliorum, ut si propterea spes esset consequendi beneficium eius, qui negligens & desidiosus est: & tunc haud dubiè poterit Simonia committi saltem ab eo, qui illum finem intendit. *Paludan in 4. Dist. 25. Q. 5. Valent. D. 6. Q. 16. pun. 2. Less. c. 35. D. 11. Decianus l. 5. c. 85. Laym. l. cit. §. 4 n. 43. Tanner. Disp. 5. Q. 8. Dub. 2 n. 43. Tolet. l. 5 c. 90. in Addit. Sanchez. l. 2. Consil. c. 3. D. 22. & l. 1. de Matrim. Disp. 39.*

DVB. 9. Quomodo committatur Simonia in beneficiis ecclesiasticis?

Non minor hic quæstorum, quam be-

neficiorum numerus est, sublata ferè omni spe in actum cogendi, nisi illa, quæ generatim de requisitis ad veram Simoniam in Superioribus dubiis indicavimus mente revolvas. Sine pretio & pacto de pretio pro re spirituali meminimus non esse Simoniam, eoque posito certa videntur, quæ subiungo.

1. Non tantum ipsa beneficia ecclesiastica, sed etiam ius acquisitum ad aliquod eorum vendere, aut emere, Simonia est. Item si orta inter duos de beneficio lite, unus illorum pro pecunia cedat iure suo. *Azor 3. l. 12 c. 7. Q. 1. Vgolinnus Tab. 1. de Simo. c. 29. Laym. l. 4. Tr. 10. c. ul. §. 5. n. 55.*

2. Simonia est, vendere aut emere actiones, quibus impetratur, & obtinetur beneficium ecclesiasticum cuiusmodi est resignatio, electio, præsentatio, collatio, institutio, confirmatio, & similes. *Az. l. cit. Conc. Tr. 8 24 c. 14. Navar. c. 23. nu. 100. Rosella. V. Simonia §. 2. Tuschus Conclus. 252.*

3. Idem de iure patronatus dicendum, vendi scilicet absque Simonia non posse, quia spirituale est: nisi fortè annexum sit castro alicui aut Universitati honorum, ubi concomitanter contractui iungeretur, modò illius causa non augeatur pretium. *c. Præterea. de transact. c. Quia clerici. c. de iure verò eodem. S. Tb. p. 100. ar. 4. Abb. in c. Quanto de iudic. Curtius de iure patron. V. l. 1. n. 2. Sella par 1. de benefi. p. ult. Binsf. Notab. 7. Sanchez. l. 2. Conf. c. 3. D. 48.*

4. Pensiones ad munus aliquod spirituale ordinatæ, puta, Concionatoris, Coadiutoris episcopi, absque Simonia non emuntur, & venduntur. Nam quicumque emit, titulum spirituales simul

M m m

emre

emere censetur. Fructus tamen vendere aliis, aut locare licet. *Nav. c. 23. Man. n. 111. & l. 3. Confl. 11. de reb. eccl. non alien. Less. D. 22 n. 122. Bonacina To. 1. pag. 689. Tolet. l. 5. c. 90. Catancus in V. Simonia Tanner. D. 5. p. 8. Dub. 2. n. 5. 6. & seq. Salzedo in c. 92. Practica. Bern. Diaz.*

5. Pensiones mixtæ clericorum, quæ propter finem non sacrum, aut sæculare officium dantur, pura, Senium, inopiam, litis compositionem, quamvis emi, & vendi non possint. possunt redimi tamen, saltem ubi *Pis. V. constitutio* eiusmodi pensionibus obligationem officii B. Virg. imponens recepta non est. *Binsf. de Simo. c. 9. Q. 2. concl. 3. Less. l. c. num. 125. So. tol. 9 p. 7. Tolet. l. 5 c. 92.* Primæ parti contraria est Curie Romanæ praxis, quæ eiusmodi pensiones ut Simoniacas damnat quia quandam cum beneficiis clericis similitudinem habent. *Navar. l. est. & Confl. 63. de Simo.* Posterior ex dd. supra liquet. Redimere enim pensionem averfam nihil aliud est, quàm onus impositum annuè solvendi certam quotam tollere. *Lud. Boia casu 37. Bonac. Tom. 1. pag. 674. Laym. l. 4. Tr. 9 c. ult. §. 5. n. 48. Sanch. l. 2. Confl. c. 3. D. 46.*

6. Simoniaca est beneficiorum ecclesiasticorum permutatio privata auctoritate facta. *c. Quæsitum c. cum universor. de rer. permut. Garcias de benef. pa. 11 c. 4. Bonac. de Simo. q. 4. §. 12. Tol. l. 5 c. 91. Laym. l. 4. Tr. 9 c. ult. §. 5. q. 4.* At causa necessitatis & utilitatis fieri cum licentia episcopi ritè potest. Vbi non ecclesiæ solius, sed personarum quoque ratio habenda. *Flaminus de resig. benef. l. 11. c. 5. Vgolinus Rab. 1. de Simo. c. 27. §. 1. Zerola Par. 1 V. Renunciatio, seu permutatio, Boer. Decis. 205. n. 5. Sanch.*

l. 2. Confl. c. 3. D. 38. Quam auctoritatem episcopus, eandem in permutandis beneficiis præstare possunt Prælati, qui habent vim cõferendi, instituendi, & à beneficio clericos removendi. *Corras de benef. par. 1. c. 9. Card. Tuschus lit. P. Concl. 304. Garc. c. 4. n. 60. Barb. in c. Quæsitum. de rer. perm.*

7. Idem iuris est de commutationibus, quæ fierent circa spiritualia, quibus annexum est temporale aliquid consequenter, licet proptèr ecclesiastica beneficia non sint. *Nav. c. 23. n. 100. Fran. Suarez. c. 32. n. 14. conformiter ad c. cita. Quæsitum. de rer. permut.* Vnde sequitur damnari permutacionem quæ fieret beneficii cum Vicaria, cooperatura, aut Capellania non collativa. Nam quando spirituale aliquid permutatur cum alio spirituali, cui aliquid corporale admixtum est, facillè præsumitur intuitu commodi temporalis fieri, atque ita spirituale pretio æquiparari: quod periculum sufficit, ut saltem in fore extenno pro illicitis, & Simoniacis conventionibus habeantur. *c. cum pridem. & c. Ex parte de off. delegati. Laym. l. c. n. 51.*

8. Cùm duo beneficia, quoad fructus inæqualia sunt, defectum pecunia compensari posse, si auctoritas episcopi accedat, sine ulla Simonia tradit. *Casus. 22. q. 100. art. 4. Anton. par. 2. tit. 1. c. 5. Angel. V. Permutatio. num. 6. Silv. eod. V. 2. p. Less. D. 17. num. 101. allegantes c. ad quæstiones. de rer. permut. ubi Clem. 111. respondet ecclesiis parochiales auctoritate episcopis permutari posse, ita ut possessiones tenuiores unius pecunia compensentur. Sed Barb. in c. cit. opinionem hanc falsam, periculosam, & plenam dolis, ac fraudibus appellat, eò quòd negari non possit, in eiusmodi permutacione pecuniam*

eniam dari pro ipso beneficio, quod est ius administrandi spiritualia & percipiendi temporalia propter illud: nec alterum ab altero separatur. Qui enim pro fructibus aut bonis temporalibus beneficii, quæ absque titulo comparari non possunt, pecuniam dat, utrumque necessario comparare intendit, eo pretio, ac per consequens Simoniam committit. Antecedens enim quicumque vult, etiam consequens velle arguitur. *l. ad rem mobilem ff. de procuratorib. Idem docet Abb. Covar. Navar. & aliorum ap. Laym. l. cit. n. 54.*

9. Vendere, aut locare ad certum tempus beneficiorum fructus, & proventus, nullum vitium est. *Extrav. Ambitiosa. de reb. eccl. non alien.* ubi triennium definitur, ultra quod non liceat locare fructus, & bona ecclesiæ, sed in multis locis ea Constitutio ignoratur, vel negligitur, de qua re amplius in Tit. ult. dicemus.

10. Superest transactio, seu pactio onerosa, in qua propter dubiam litem aliquid remittitur, aut vicissim petitur. *l. 1. ff. de transactionib.* Equidem si ita fiat, ut ex una parte beneficium ecclesiasticum ex altera parte res temporalis detur, Simoniam committi patet ex *c. cum pridem. de pactis. c. super eo. c. Constitutus. de transact. c. 2. de arbitris.* Ex quibus locis colligitur. 1. si litigantium unus, alteri pecuniam det, ut à lite desistat, Simoniacum esse. 2. si eandem ob causam beneficium ipsi tradat, vel 3. si pecuniarium debitum remittat. *Angel. V. Transactio. num. 4.* Idem iuris est in aliis controversiis, ubi materia spiritualis, puta, ius patronatus, collationis, institutionis, aut simile quid in iudicium deducatur & mediante corporali aliquo pretio

componitur, remittendo propter pretium aliquid de dubio iure. *Abb. in c. Constitutus & c. super eo de transact. Laym. l. cit. n. 56. Angel. in V. Ius patronatus nu. 12. Cucchus l. 4. Inst. et. 2. Decianus l. 5. c. 28. n. 9.* ubi limitat, tolerari, si accedat Superioris licentia, modo ex utraque parte spirituale interveniat, & non temporale *c. statuerimus & c. de catero. de Simo. & c. Ex multiplici c. suggestum de decimis & c. ad questiones de rer. permut. Barb. verò in c. Quam pio. 1. q. 2. n. 7.* Si pro bono pacis inter litigantes temporale aliquid detur non fore Simoniam asserit.

Idem dicendum de vexa: ut loquuntur redimenda, sive in materia beneficiorum sive in aliis. Quid enim ea aliud, quam lapis in via, obex, & iniusta remora, quam remove nihil aliud sit, quam iuri viam aperire? *Caiet. 22. Q. 100 ar. 2. Soto l. 9. Q. 6. ar. 3. Laym. l. 1. §. 2. num. 22. Reginald. Q. 2. num. 113. & 168. Barb. in c. Baptizandis 1. q. 1.*

Denique nihil interesse memineris, pro se, an pro alio quis mercatum Simoniacum exerceat, procutando scilicet beneficium ecclesiasticum etiam ignoranti *c. Nobis. c. Mattheus de Simonia.* vel receptionem in Monasterium. *c. d. regularibus eod.* Eadem enim pena mediatores manet. *Sanch. l. 2. Conf. c. 3. D. 104. Valent. D. Q. 16. pun. 6.* Quæ doctrina parentibus præcipue necessaria est, quibus amor, & inordinata cupiditas nihil relinquere inausam suadet, donec in ecclesias, vel monasteria filios suos intruserint. Non est tamen illicitum pro alimonia offerre, & recipere portionem aliquam etiã in monasteriis alioqui opulentis: cum

neque hunc, neque illum gratis suscipere & alere teneantur, modò non omnes pauperes excludant. *Suar. c. 17. num. 6 Navar. Consil. 86. de Simonia.* Excipiendæ etiam sunt Moniales, quibus Summi Pontifices indulserunt, ut in receptione de alimoniâ in futurum pacisci queant, eo modo eum illis cautelis, quas in *Par. 1. Tit. 17. §. 1. exposuimus. V. Bonac. To. 3 pag. 238. Az. 3. l. 12. c. 19. Q. 5. §. Quid si Decian l. 5 c. 84. n. 15. Bald. in l. si quemquam. C. de ep. & cler. cum alius apud Guidon. Papam Qu. 80.*

DVB. 10. An facta Simoniæ irrita, & invalida sint?

Supposito, Simoniæ crimen ex se non habere maiorem vim irritandi actus aliâs validos, quàm alia, eò reducimus quæstionem ut de solo iure ecclesiastico intelligenda sit.

1. Igitur secundum Iuris Canonici dispositionem omnis acquisitio rei spiritualis mediante pecunia, & pretio corporali irrita censetur. *c. Ea qua de Simonia* quia omnis eiusmodi consecutio de radice Avaritiz procedit, & in speciem Simoniæ pravitatis erumpit. *DD. in 4. dist. 15. c. 25. Suarez. c. 57. n. 10. Laym. l. 4. Tract. 10 c. ult. §. 7.*

2. Qui beneficium Simoniæ obtinuit jure Canonico non potest retinere, neque illius proventibus uti, ac frui & si quid perceperit, reddendum est, quia nullum ius habet: nisi sciens sui causa Simoniæ exerceri contradixerit, seque illi nõ consentire declaraverit. *V. qua dix. §. 3. n. V. c. Mathæus & c. ult. de Simonia* Qui autem bona fide obtinuit inscius Simoniæ ab aliis commissa favore triennalis possessionis uti potest ita, ut ante triennii terminum elapsum in possessione sua non

turbetur. de quo *V. Az. 11. l. 7. c. 35. Rebuff. in Tract. de pacif. poss. Tholos. l. 17. c. 16. ci. fin. Less. c. 35. D. 25. nu. 140.* Quamvis enim in Regula Cancellariæ Romanæ de trienniali possessore beneficii excludantur Simoniaci, non potest illi obesse, quem inculpabilis ignorantia tueretur; & tam à culpa, quàm pœna ipsi constituta absoluti. Ante triennii lapsum si error pateat, resignandum beneficium, vel aliter conferendum est.

3. Actus posterior Simoniæ labe infectus adeo quæ irritus non tollit, vel invalidat priorem legitime factum. Electio in Prælatum ex. gi. legitima est, confirmatio per Simoniæ obtenta: unde sibi tantum, non verò simul electioni nocet. *Navar. Consil. 10. de Simo. nu. 4. Adrian. & alibi citati §. præc. n. V.*

4. Pari iure non redditur ipso facto inhabilis ad alia beneficia, qui unum Simoniæ possidet. *Nav. Cons. 91. nec amittit continuò primum beneficium, qui per Simoniæ extorsit secundum. Vallens. l. 5. tit. 3. §. 4. n. 10. Suarez. l. 4. c. 57. Laym. l. 4. §. 7. n. 74.*

Excipe 1. Simoniæ commissam ab examineribus beneficiorum in Synodo electis, qui ipso facto privantur beneficiis antea titè obtentis, tenenturque illa dimittere. *Conc. Trid. Sess. 24. c. 26. 2. Simoniæ commissam in electione Papæ, ut habetur in Concil. Later. sub Julio 2. Sess. 5. 3. Simoniæ confidentiæ Extra. Cum detestabile 2. b. tit. Guterr. l. 1. Cano. Q. c. 9. Vallens. l. 5. tit. 3. §. 4.* In his nihilominus prærequiri ex consuetudine sententiam declaratoriam, monet. *Less. l. cit. n. 148.*

5. Actus iurisdictionis ecclesiasticæ, ordinis Sacerdotalis, & episcopalis, puta, ab-

olutio,

olutio, consecratio, dispensatio, & similes per se loquendo, quamvis Simonia inveniatur, validi sunt: quemadmodum essent, si ab homine alius flagitiis onerato, & corrupto fierent. Nec obstat, quia in Jure passim irriti vocantur, non enim de substantia, sed effectu, & usu illorum id intelligitur. Nam qui Simonia esse ordinatus est, non potest ordini suscepti munere fungi, quemadmodum fufius declaravi §. 3. num. 5. V. Suar. Tomo V. Disp. 31. Sect. 4. *lul. Clarum §. Simonia nu. 9. 6.* Similiter valida est professio religiosa per Simoniam facta. Quamvis enim propter delicti gravitatem irritari ab Ecclesia possit, hæc tamen factum non est, nec absque magno incommodo irritari potest. Verum tamen Ecclesia ejusmodi professum in Monasterio remanere & habere ab eo sustentationem seu præbendam *c. de regularib. hoc tit. c. DD. Innoc. Abb. Sanch. l. 5. Moral. c. 4. num. 36. c. l. 2. Conf. c. 3. num. 104. Suarez l. cit. num. 7. Nav. in c. statumus 14. q. 4. Reginald. Sect. 2. num. 181.*

Dub. 11. A quibus & quomodo faciendæ restitutio sit acceptorum Simoniae? Pro faciliore resolutione duo attendenda sunt. Primum est, an, quod per Simoniam venditum est, natura sua æstimetur pretio. Alterum, an modus dandi, & recipiendi includat peccatum contra justitiam commutativam, quæ sola obligationem restituendi causare solet, ut communis DD. doctrina habet. His positis

Resp. 1. Quicumque pro re spirituali, ex qua nullum temporale commodum sperare potest, pretium accepit, jure divino naturali restituere tenetur ei, qui

dedit, nisi aliqua prohibitio obstet. Ratio, quia id faciendo contra justitiam commutativam peccat: tum quia res spiritualis non est pretio æstimabilis, tum quia Ecclesie Ministri ejusmodi rerum non sunt domini, nec ullam à Christo facultatem habent de donis spiritualibus aliter disponendi, quam per gratuitam communicationem juxta illud *Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date. Adrian. quodl. 9. art. 3. Henr. quodl. 6. Medina l. 2. Instruct. c. 14. Sotus l. 9. q. 8. art. 1. Bann. 22. q. 32. art. 7. Concl. 14. Suar. c. 59. num. 11. Less. c. 35. Dub. 28. Valent. D. 6. q. 16. pun. 6. Laym. l. cit. §. 9. n. 79. Tolet. l. 5. c. 93. n. 4.* Neque obstat, quod à Cajetano, & aliis quibusdam adfertur, non dari, sed Ecclesie pretium restituendum esse. Quia non Ecclesia, sed qui dedit, immediate læsus est. Unde ex natura rei, & independentè ab alia lege ipsi satisfaciendum est. Neque 2. illud ex *l. 2. C. de condi. ob turp. caus. desumpt. cum par causa est dantis, & accipientis, turpiter datum non repetitur: cui etiam consonat l. 2. l. 4. §. 3. c. 18 ff. eod.* Fa-teor equidem ita per Judicem definiri posse, ut pretium amittat, qui pro turpi causa dedit. Id enim Canones etiam approbant, *c. audivimus hoc tit.* Sed nondum inventa est Ecclesie talis dispositio, ut qui pro re spirituali pretium dedit, non possit recipere, sed in usus pauperum, vel ipsius Ecclesie necessariò convertere debeat. Breviter, & nervosè dixit *Eman. Sa. num. 10.* Ante sententiam ei, à quo accepta est Simoniacè pecunia, reddenda est, post sententiam pauperibus, vel Ecclesie, objiciunt præterea *c. de hoc autem h. tit. id. que solum probare sufficienter existimat Suarez c. 60. num. 5.* Verùm aliud ex eo

non colligitur, quàm Principes illos, ea quæ abstulerunt, in conscientiâ retinere non posse. Verba sunt. Regem, & Principes ejus debes inducere, ut si qua receperunt à præfato Episcopo, ut ejus electioni præberent assensum, Ecclesiæ Oxoniæ, si sine diminutione restituant, cum ea sine gravi suæ salutis periculo retinere non possint. Ex quibus tum veteres Glossæ, tum novissimè *Barbosa* colligit quidem, ejusmodi pecuniam Simoniacè acceptam restituendam esse Ecclesiæ: an verò post sententiam Judicis, vel potiùs absque illâ, non addunt. Non est ergò tam certû, & evidens, ut DD. quidam videri volunt. Quòd si pecunia Regi data ex ærario Ecclesiæ desumpta fuit, ut aliqui conjiciunt, casus particularis est, & multò minùs servit opinioni illorum ad probandum, quod intendunt. *Soto l. 9. q. 8. art. 1. Bann. 22. q. 32. art. 7. Layman l. cit. num. 84. Tanner. Disp. 5. q. 8. dub. 4. n. 89.*

Resp. 2. Qui rem spiritualement ratione temporalis admixtæ, & sibi commodæ justo pretio vendidit, secundum Jus naturale solum, & abstrahendo ab Ecclesiastico, pretium retinere potest donec per Judicem reddere compellatur. *c. fin. de simo. Less. l. 1. c. D. 28. n. 160. Ratio.* Licet ejusmodi venditio Simoniaca sit, non repugnat tamen justitiæ commutativæ cum supponamus pro solo temporali pretiû, id quæ commensuratum accipere. Hinc sequitur ante sententiam Judicis non teneri ad restitutionem pretii accepti in beneficiatum, qui beneficium suum respectu commodi temporalis servati pretii moderatione vendidit. Dico suum beneficium, cujus nimirum, vel Dominus est, vel quæsecunq; habet saltem ratione proventuum, ut

intelligat idem de Prælatiis, qui beneficia venderent, dici non posse. *Suar. c. 59. n. 37. 2. eos, qui officia Ecclesiæ sæcularia, Advocati, Procuratoris, Syndici, Aedifici, Sacristæ, & sim. venderent. Reg. Sess. 2. n. 182. 3. eos, qui agnos Dei, cruces, medalia, grana, rosaria benedicta, & his sim. distrahunt. Imò ejusmodi res absq; peccato vendi possunt. Sanch. l. 2. c. 43. 29. Dian. par. 3. tr. 6. ref. 12. 4. Episcopû, qui Vicarii officium pretio, quod moderatû, & cõmensuratû putaretur, alicui relinqueret. Dian. par. 4. tr. 4. ref. 15, 167 5. Idem de jure patronatus dicendum est: imò quacunq; res spirituali, cui temporale cõmodum adhaeret. *Suar. l. c. Regim. Sect. 2. n. 181. Laym. l. cit. n. 83. Tann. q. 8. D. 4. n. 89. 6. Prælatos ne peccare quidè qui à Novitiis admittis pecuniam accipiunt: nimirum pro alimonia, dummodo recedentibus. quod superest, reddant. Glo. in c. Veniens h. t. & c. de hoc eod. Roderic. Tom. 11. qu. 63. artic. 2.**

R. 3. In beneficiis Ecclesiasticis peculiarare est, quod qui emit, nullû jus acquirit, ac proinde in conscientiâ reddere tenetur, non expectatâ judicis sententiâ cõdemnatoria, aut declaratoria. *Extrav. de testabile 2. de simo. S. Thom. 22. q. 100. ar. 6. ad 3. Cov Reg peccatum par. 2. §. 8. n. 7. Corduba in Sum. q. 28. Nav. c. 23. n. 111. Innoc. c. cõ universorum de rer. permut. Host. & Ansh. ib. Felin. in c. Insinuatim. h. tr. n. 6. Manue. To. 2. Sum. c. 56. n. 6. Merina l. 1. Sum. c. 14. §. 21. Sotus l. 9. q. 8. ar. 1. Ant. par. 2. tr. 1. c. 5. §. 21. Angel. §. 7. n. 3. Silv. q. 13. dicto 8. & alii plures apud Sanch. l. 2. Conf. c. 3. D. 115. Unde conlequitur, ejusmodi beneficium revera vacare, & absq; alia declaratione peti, impetrative posse, modò Simonia publica sit. Occulta enim tribuit habenti titulû coloratum:*

loratum: qui facit, ut tale beneficium nō possit impetrari, nulla mentione de titulo colorato facta. c. cū in nostris de concess. prob. nec renunciare liceat absque licentia superioris. c. cū in dubiis de renunc. Menoch. l. 2. de arbitr. casu 201. n. 139. Fructus quoque ex beneficio percepti actu, & quos diligens possessor acquisivisset, restituendi sunt. Cū enim nullum titulum aliquando habuerit, sed mala fide tenuerit beneficium, nequaquam licet illius fructibus potiri. Neque interest, si in ius illo commissa Simonia est, cū alius pro ipso pecuniam expenderet. c. ex insinuatione de Simon. V. Sanch. l. cit. D. 116.

Resp. 4. In rebus Simoniacè acceptis, quæ mixtæ, & permanentes sunt (de aliis ex prædictis constat) considerandum est, utrum prævaleat spirituale, an corporale. Si corporale, ut in vasis, & testamentis factis, excessus pretii restituendus est: contractus tamen validus manet. Si verò spirituale potius sit, quemadmodum in reliquiis contingit, restituito pretio etiam ipsæ reliquæ restituendæ videntur, tanquam sub causa & conditione acquirendi pretii venditæ. Laym. l. ci. fin. Nullo modo vendi posse reliquias, vel exponi ad videndum quæstus causa. Summistæ passim, docent ex c. qui studet l. q. 1. & c. cū in ex eo. de Reliq. & vend. Sanct. Vbi Barbosa annotat, & vanales exponi non debere, quia illarum venditio apertissima esset Simonia. Quod verò ad tabernaculum, & capfas attinet, quæ ut plurimum ex auro, & argento, confectæ sunt, etiam Suarez l. 4. c. 14. num. 24. concedit æstimari vendique posse, adhibita cautione, ne propter habitudinem ad sacras reliquias pretium augetur. Ut neque Ro-

saria propter attactum variarum reliquiarum charius vendimus. Adde, quod Lesius c. 35. dub. 28. num. 158. docet, pro ipso commodo, quo quis se privat reliquias alteri dando, & incommodo, quod patitur ab auferentibus, compensationem licitè exigi: quia carere ejusmodi bonis pretio æstimabile est: non idè tamen ipsas reliquias vendere cuiquæ licet.

Dub. 12. An iisdem pœnis, & restitutioni subiaceant, qui cum ipso Papa Simoniam committunt? Suppono, Pontificem, more aliorum Prælatorum commercando de rebus seu bonis Ecclesiæ Simonia vitium admittere posse, illius saltem, quæ juri naturali adversatur. Illa enim, quæ juris positivum est, tollere illi permittitur: & consequenter Simoniacus conferri non potest, quamvis pro pecunia alieni præbendam, vel dignitatem concederet. Anan in c. 1. de Simon. n. 7. Felinus eod. Tusch Concl. 251. l. 1. Clarus l. 5. §. Simon. n. 50. Laym. l. 4. tr. 10. c. ult. §. 6. n. 64. Angel. §. 5. n. 6. Armilla n. 60. Qui idem dicunt de Curia Pontificia non committi unquam ab illa Simoniam, cō. quod in oculis summi Pontificis versentur, palvillos consuunt nihil profuturos. Quamdiu igitur Papæ cōsensum certis induciis monstrare non possunt ut ceteri hominum, peccatores erunt, & Simoniaci. Silv. V. summ. n. 19. Laym. l. c. §. 6. n. 65. Illud superest, atque hoc ipso, quod Pontifex contractum alias Simoniacum eum aliquo facit, dum legibus solvat?

R. 1. In tali facto sufficienter continerè illius dispensationem, quemadmodum in similibus dicimus, si irregulari alicui scienter beneficium conferret re ipsa tollere irregularitatem. Et quis ambigat, Princeps,

Princeps, qui venationem in nemore suo prohibuit, ad venandum invitet alios quin eos nolit alicujus culpæ, & pœnæ reos fieri? *Nav. c. 23. num. 108. Silv. V. Dispensatio num. 21.* & alii Canonistæ communiter exceptis paucis, quorum Princeps est *Panormitan. in c. 1. de Simon. n. 8. & 9.* in nullo casu tutum fore in conscientia asserens, qui pro quocunque beneficio pecuniam dedit Papæ. Unde apparet, ab eo consensum, vel dispensationem explicitam requiri: sed non probat interpretativum non sufficere. *Soto l. 9. q. 5. art. 2. Silv. q. 4. Covarr. ad Reg. Peccatum pa. 2. §. 8. Navar. Consil. 4. de Simon. Azor. III. l. 12. c. ult. Suarez l. 4. de Simo. c. ult. num. 14. Lessius c. 35. D. 5.*

Resp. 2. Simonia non est, quando Papa in gratiam resignantis beneficium, pensionem imponit, non illi, quod resignatur, quia tenue est, sed alteri quod resignans prius habuit. Pontifex enim ut supremus Oeconomus Christi liberam beneficiorum administrationem habet: imò à quibusdam (licet minus propriè) omnium bonorum Ecclesiasticorum Dominus appellatur. Sicut ergò cum posterius beneficium datur, pensione onerare potest, ita etiam illud, quod ante collatum erat. Idem de aliis omnibus, sive pensionibus, sive reservationibus, aliisque mutationibus intelligitur ex communi illo principio. Liberam beneficiorum dispositionem in manu Summi Pontificis esse. *Sanch. l. 2. Consil. c. 3. D. 45. Franc. Leo in thes. fo. Eccl. part. 2. c. 22. n. 24. & seq. Reginald. l. 23. q. 5. num. 280. qui q. 4. num. 271.* Annatas quoque ab omni injustitia, & Simonia purgat: quia Pontifex in sustentatione Cardinalium & a-

liorum separare potest dimidiam partem reddituum unius anni; quemadmodum in pijs causis eandem petere, & exigere posset. *V. que dixim. in par. 1. Tit. 2. §. 9.*

DUB. 13. Quis in Simonia dispenset. Suppono 1. de Simonia juris humani tantum dubitari. 2. eaque vel commissa in ordine, vel beneficio vel ingressu religionis. Aliis enim in jure nulla pena ipso facto incurrenda constituta est. 3. De dispensatione pœnarum potissimè loquimur. Licet enim quoad culpam quoque fieri à Pontifice dispensatio queat, ea tamen rarissimè fit, quia nec multum utilis, nec necessaria est cum alijs medijs subveniri queat indigentibus. Igitur.

Resp. 1. Quod excommunicationem attinet latam contra Simoniacos in susceptione ordinum, ingressu religionis, & beneficio Ecclesiastico: illa item, que contra Simoniam conventionalem, & commissam in Curia Papali datis, vel promissis pro gratia, aut iustitia, (de qua latè *Nav. in Commentario* de hac re ad bullam *Greg. XIII ab ipso*) absolutio Summo Pontifici reservata est, nec dispensatio in illis locum habet. Idem de suspensione dicendum. *V. Suar. c. 61.* Nec alia ratio est interdicti, quod in duobus tantum casibus invenitur positum 1. contra ordinantes Simoniacè, qui ingressu Ecclesie prohibentur. 2. contra Cardinales, Episcopos, ac similes Prælatos, recipientes beneficia quæcunque, vel pensiones in confidentiam. Reservantur enim cuncta hæc Summo Pontifici: in generali tamen concessione Jubilæorum inclusa censentur.

Resp. 2. Inter pœnas duplex inhabilitas nume-

numeratur. Una ad retinendum idem beneficium quod Simoniacè obtentum erat. In hac solus quoque Papa dispensat, quando Simonia non ignoravit beneficiatus & ad illam cooperatus est. Quod si ignarus fuit Simoniacæ impetrationis, & beneficium simplex fuerit, post liberâ resignationem poterit Episcopus dispensare. In majori beneficio pro ea vice non poterit. Altera inhabilitas est ad alia beneficia, de qua in *c. de Simo. h. t.* Posse in ea dispensare Episcopum quando voluntariè resignavit beneficiatus, censent *Abb. & Felinus*, supponentes ante latam sententiam Judicis ejusmodi inhabilitatem cõtrahi, quod alii negant, & melius, qui consequenter dicent, cum declaratis à J. dice inhabili, ad beneficia nulla Episcopũ dispensare. Superest de pretio inquirendum, an alicui sacræ potestati subjaceat? si restitutio illius jure naturali debetur, non admittet ullius dispensaturus manum: nisi fortè illo propter culpam Pontificis privare vellet recipientem. In illa autem, quæ jure Ecclesiastico tantum debetur, facilis erit vel dispensatio, vel etiam compositio auctoritate Pontificia ineunda. *Extrav. De restabile de Simo. c. de Simoniacè ordinatis eod. Nav. c. 23. Nor. 4. & c. 25. n. 6. Suarez l. 4. c. 61. n. 11. Tolet. l. 5. c. 93. Zerola 2. par. V. Simonia c. fin. Escobar. tr. 6. Exam. 2. c. 5. Piafec. par. 1. c. 1. n. 58.* ubi notat, singulare quiddam, videlicet cum Simoniacæ in ordine scienter, etiam occulto dispensare Episcopum non posse, stante prohibitione Sixt. V. quam licet Clem. VIII. ad terminos juris communis reduxerit illam tamen quoad hunc casum reservavit, ut patet ex ipsâ Bullâ, quam ibidem *Piafecius* recitat.

§. V.

De Censibus.

I. **C**ensus pro Contractu, est *Ius constitutum contractu aliquo percipiendi annuam pensionem ex re, vel personâ alterius.* Dicitur 1. *Ius percipiendi.* Non enim hoc loco pensionem ipsam, seu redditum annuum, multò minus alterius generis censum describimus. Ius emit Censualista, cui in Censuario respondet obligatio solvendi. 2. *Ex re alterius,* qui pecuniam veluti pretium accipit pro constituendo censu, seu dando jus percipiendi annuam quotam. In re namque sua nemo censum constituit. 3. *Vel persona.* Datur enim æquè personalis, ac realis census, ut ex dicendis patebit. *l. atatem ff. de Censib. c. Constitutus de Relig. domib. Molin. Disp. 38. Covar. l. 3. Variar. c. 7 num. 1. Valent. III. Disp. 5. quæst. 22. Pun. 1. Palao tract. 32. Disp. 6. Pun. 1.*

II. Dividitur Census 1. ratione modi constitutivi in *Reservativum, & Consignativum.* *Reservativus* est, qualem in Ægypto Ioseph constituit in bonis omnium præterquam Sacerdotum reddendo illa subditis cum onere certam pensionem annuè persolvendi Regi. Quandoque igitur rem suam quis in alium transfert donando, vendendo, permutando, aut simili modo servato sibi in ea jure annuæ pensionis, Census reservativus vocatur. *l. ult. C. de rer. permut.* *Consignativus* est, cum quis retinendo sibi directum, & utile dominium in re aliqua frugifera, vel etiam persona sua jus pensionis annuæ tribuit. Et de hoc potissimæ difficultates

Nnn

cultates

cultates sunt. 2. Consignativus ratione materię dividitur in *Realem, Personalem, & Mixtum*. *Realis* in re, quę non sit persona; *Personalis* in persona immediatę ad solvendum pensionem obligata; *Mixtus* in re, & persona conjunctim reperitur, ita ut re extincta obligatio in persona maneat, contra quam in Reali accidit, ubi re pereunte etiam Census perit, ut infra dicitur. 3. Dividitur ratione pensionis in *Fructuarium*, ex quo fructus, puta frumentum, aut vinum debetur; & *pecuniarium* ex quo pecunia solvitur. 4. in *certum, & incertum*. Certus est, in quo determinata est quota: Incertus, quando indeterminata verbi gratia tertia, aut quinta pars fructuum constituitur solvenda, qui modus non est nisi in reservativo licitus. 5. denique ratione temporis futuri in *perpetuum, & temporalem*. *Perpetuus* dividitur in *redimibilem & irredimibilem*. *Temporalis* in eum, qui extenditur in tempus certum, puta, 10. vel 12. annos: & in eum, qui extenditur in tempus incertum, ut ad vitam unius, aut duorum hominum, quem appellant *Vitalitium*. *Valent. loco cit. puni. 3. Major in 4. Dist. 15. quest. 34. Contr. de Contr. quest. 72. Azor III. l. 10. c. 2. & 3. Reginald. l. 25 c. 32. num. 425. Lessius c. 22. Dub. 2. Layman l. 3. tract. 4. c. 13. Tolet. l. 5. c. 43. Palao l. cit. pun. 7. & 31.*

III. Censum, ut a nobis definitus est, inter bona incorporea cum Juris Cęsarei Doctoribus numerare convenit. Corporea enim illi vocant, quę corporibus prędita, cerni, manibusque contingi possunt: incorporea veró, quę solo juris intellectu constant, & tangi nequeunt. l. 1. §. *quadam ff. de rer. divis. Institur.*

it. de rebus corporalibus & incorporalibus. Mobilibus an immobilibus magis accensileas, non putem interesset. In se quidem, hoc est, specie & forma sua si spectetur, cum motui, & mutationi non nisi ratione subjecti, vel objecti obnoxius sit, immobilem quis recte dixerit, cum *Clem. exivi §. cumque omni de verb. signif.* quia tamen ab objecto communiter a cidentia denominationem capiunt: mobile dicemus, quando in re mobili; immobilem, quando super immobili constitutus est. *V. Paulum Buzum l. 1. de annua redditibus c. 3. Alii tamen multo aliter ap. Card. Lugó Diss. 27. sect. 1. num. 8. Filiat. tract. 35. num. 249. Tuschum Conclus. 194. Palao loco cit. Pun. 14.*

IV. Haud parum aberrant, qui Centualem contractum cum Mutuo usurario confundunt, & idcirco damnant. Non enim id agitur in Censu, ut plus detur a Centuario, quam acceperit, sed ut annuam pensionem, quę pretio oblati prudenter, & justę commenturata putetur, exolvat. Do centum ea lege, ut tua pecunia sit, mihi veró annuę quinque perfolvas, quod æquum ac justum esse jam pridem mundus agnovit. *l. cor C. de Usur. Melonius Tit. 15. num. 20.* Neque stringit objectio. Pensio cum tempore summam acceptam æquatur, imò superat: in quo igitur superat, auctarium usurę agnoscitur. Non stringit, inquam, tum quia in aliis emptionibus, quas nemo damnare ausit, idem contingit: Emisti verbi gratia hortum 1000. flor. Factus cum tempore majores erunt. Ultra mille collegisti: si se gas 2000. habebis. An ulla hic injuria? Non censeo: tum, quod potissime hic contideran-

Merandum, in Censu non emitur pensio ipsa, seu fructus rei, sed jus ad pensionem, quod communi hominum iudicio minoris æstimatur, quàm si in præsentem tota pensionum collectio præstaretur. Interea temporis fieri potest, ut res, in quâ fundatur census, pereat, vel minuatur, vel aliis modis ipsa solutio retardetur. Ita communiter DD. Sed Cardin. Lugo loco cit. num. 20. facilius, & clarius ab usurâ excusari putat, dicendo Censualistam neque fructus neque pensiones vel jus ad pensiones emere, sed partem usufructus talis prædii, super quo census constituitur, ita, ut dominium totum directum prædii maneat apud venditorem; dominium tamen utile, seu jus usufructus ex parte vendatur, quod jus parziale seu dominium utile parziale non valet, quantum valeret totum prædium, sed multò minus, ut constat, & idè si totum prædium posset 1000. aureis emi, poterit dominium utile parziale, seu jus usufructus partialis iustè 500. emi, quo pretio acquirit emptor partem dominii utilis: postea verò alio contractu, qui implicite continetur in ipsa constitutione census realis, convenit inter contrahentes, ut pro spe fructuum, quos emptor sperare posset ex illo dominio utili, obliget se venditor ad solvendum talem pensionem pecuniariam, qui contractus etiam licitus est, cum spes illa fructuum attento periculo, & spe possit prudenter tantum æstimari, & hoc modo reducitur prior contractus ad obligationem solvendi tantam pensionem annuam, quâ venditor redimit usufructum parialem præ-

dii, quam vendiderat, manente tamen prædio ipso realiter obligato per modum hypothecæ ad solutionem pensionum promissarum eò, quòd emptor non sit contentus obligatione personali debitoris, sed velit præter obligationem etiam hypothecam realem ad securitatem majorem sui debiti. Ita Lugo, minus probabiliter asseruens partem dominii utilis à Censuario vendi. Hoc enim passim alii fugiunt, ne cum emphyteusi Censu misceatur.

V. Realis census hodie à nemine, quod sciam, reverà impugnatur, sed de personali litigant: quem injuriâ vacare censeo, si constituitur immediatè super personam utili & frugiferam, per industriam suam; quæque in re, vel spe bona habeat. unde annua pensio sumatur; obligatione in posteros transitura, ita tamen, ut ultra vires non urgeantur, nec servitute multentur. Ratio à censu reali, quæ sufficiat, applicari potest. Sed urget scrupulus de excessu pensionis, si census perpetuus sit. Mille dedisti. duo millia post aliquot annos cumulus erit. Non ob stare hoc ex num. præced. constat. Idem namque in censu reali evenire potest. Videt emptor, & sperat futurum, ut post annos vigesimos summam totam recipiat: & aliquando fortem quoque, si redimere velit Censuarium. Nihilominus contra conscientiam, & justitiam nemo se peccare putat, quia communi omnium iudicio aliud est habere præsentem pecuniam, aliud cum formidine expectare illam. Adde, sicut temporis lapsus Censualistæ lucrum auget, ita Censuario

Non 2 quoque

quoque, cum pecuniam acceptam interea sic impendere vel applicate queat, ut fructus illius pensionem soluendam non tantum æquet, sed etiam superet. *Contr. de Contr. Q. 75. & 79. Panor. in c. In civitate de Vsur. Covar. l. 3. Var. c. 7. Medina in sum. c. 14. Bann. dub. 3. Valent. D. 5. p. 22. pun. 2. Felicianus 1. de censib. c. 7. nu. 18. de Grassis Par. 1. l. 2. c. 118. n. 20. Less. c. 22. D. 4. Gaill. l. 2. obs. 7. Fill. Tr. 35. par. 2. n. 258. & seq. Escobar Tract. 3. Exam. 7. c. 2. nu. 4. & 10 Palao lo. cit. Puncto 11.*

VI. Etiam census perpetui irredimibilis emptio licita est, quamvis pretium minus sit, quàm pensiones speratæ. *Ratio.* Iustum pretium censetur, quo fundum, aut prædium emis, quanti hic, & nunc iudicatur valere, nõ habita ratione fructuũ temporis futuri, quos tamẽ nemo dubitat aliquando pretiũ superaturos. Quid ni similiter iusta erit emptio census perpetui, & irredimibilis? Cur autem prædicta fundi emptio iusta censetur, licet minus sit pretium, quàm fructus sperati, non alia causa est, quàm superius indicata, quia communi hominum sensu alia est æstimatio, seu pondus rei, alia verò spei. Illud præsens, & certum, hoc futurum & incertum est. Adde, quòd periculum emptori incumbit, ne pereunte fundo absque Censuarii culpa pereat omnis expectatio reddendæ pensionis. Addatur, *inquis*, hypotheca. Adde, e licet non tamen eodem modo, quo in aliis contractibus. Nullus enim illius usus erit, re perditæ, aut destructa, sed manente illa salva, si censuarius cunctetur, & soluere pensiones nolit, vendere licebit hypothecam, & ex pretio pensionem decerpere. Idem de Censu personali dicendum est: cum nihil obstare videatur, quò

minus sibi, & posteris suis tale onus ex rationabili causa quisquã imponere queat? Convenit tamen, ut pretium augeatur, quæ in hoc censu maior, quam in reali onus Censuario iustitendum, siquidem re pereunte, & omnibus bonis remanet obligatio ipsi personæ annexa. *Medina. Contr. Salonius Covarr Bann. Valent. Less. c. 22. Dub. 5. Salas dub. 3. nu. 2. Car. Lugo D. 27. Sect. 1. Busius in Tr. de annuis redit. l. 1. c. 4. Palao lo. cit. Puncto 18.*

VII. Censuatio iure communi & Pontificum. *Martini V. Calixti III. & Pii V.* Decretis permittitur redimere, & extinguere censum, quandoque voluerit, pretio emptori reddito: idem an pro se pacisci Censualista possit, non minima est dubitandi ratio. Nam Usuræ tam similis apparet eiusmodi Contractus, quàm ovũ ovo. Das ex. g. 100. aureos mihi, reddidi pensionem annis quatuor: summa pensionum est 20. His perceptis ratione contractus iniri de redimendo repetis à me summam. Habebis igitur sortem, id est 100. aureos, & insuper 20. Quid aliud hodiẽ ludæi usurarii faciunt? Certè *Dom. Soto l. 6. p. 5. ar. 3. Con. 1.* manifestam hic usuram agnoscit. Nam ubicunq; traditur pecunia, vel res quælibet usu cõsumptibilis cum pacto eandem rursus, vel etiam valorem recipiendi, & aliquid ultra sortem illic usura patet, vel later. Cum ergo 1000. ducatis censum emis, qui tibi quotannis 50. reddit, venditorem cogens, ut iterum ex te redimat, tutum reddit capitale tuũ; quod idcirco revera mutuas, & ultra sortem recipis rei fructus. Hæc ergo est radix usuræ in his contractibus. Hanc rationem *Lessius c. 22. D. 10.* non refellit, sed subdit contrariam sententiam esse probabilem, & specu-

& Speculativè veriore[m] Hoc quamvis admitteremus, quid ad tollendam usuram serviret, quæ committitur non speculativè, sed practicis actionibus? Esto, speculativè, hoc est, abstrahendo ab adiunctis & circumstantiis particularibus probabile sit, censum eum pacto retrahendi seu redimendi ex parte emptoris, quando ad particularia veniendo in hoc illove contractu, nullum reperio titulum, vi cui liceat capitale repetere perceptis iam ex eo pensionibus, quis me ab Usura eximet? illud enim omnes fateantur, necesse est, ultra sortem nihil recipi posse, nisi interveniat causa, qualis esse potest lucrum cessans, damnum emergens, aut simile quid. Erat, credo, P. *Lesius* Mercatoribus Belgis, undique cinctus, & tantum non oppressus, qui contractus suos, quocunque modo optarent honestari, & defendi. Unde tot dubiæ, & anxie resolutiones, quibus neutra pars omnino possit acquiescere. Verùm esto, aliis quibuscunque motivis insistere: vix invento Auctorem, qui intrepidè assentiatur. *Valentia* D. 6. Q. 16. pun. 6. & *Malderus* 22. Tr. 5. c. 5. dub. 10. & 11. sub conditione admittunt, si utrimque compesces, quod ad æqualitatē deest. Manifestè autem damnant plurimi. *Mol.* D. 377. *Azor* 2. l. 10. c. 17. *Covar.* l. 3. *Var.* c. 9. n. 4. *Lud. Lopez* l. 5. *Instructor.* c. 57. *Bar Medina* in summa c. 14. §. 26. *Rebel.* de oblig. iust. par. 2. l. 10. q. 7. *Arragon.* in 2. 2. p. 78 ar. 4. *Vegetium* & *Epit.* V. *Census* *Gasp. Ro. deric.* de re dit. b. 2. q. 4. & 18. *Salon* de *Censib.* ar. 3. *controv.* 18 & *latè* *controv.* 16. *Molinus* de *Usur.* p. 51. n. 355. *Binsf.* in c. 1. n. civitate de *Usur.* p. 12. *Concl.* 10. *Bapt. Lupus* *Comment* de *Usuris.* §. 2. n. 69. *And. Gaill.* l. 2. Obs. 7. n. 8. & 14. *allegans* *Constitut.* *Ins-*

periales Anno 1548 *Salas* de *Censibus* dub. 25. *Navar. Comm.* de *Usura* num. 78. *Fave* quidem non nihil. *Laymannus* l. 3. Tr. 4. c. 18. nu. 8. & 9. & *Tann.* D. 4. q. 7. 128. Sed periculo usurariæ intentionis non catere fatetur. *Eman. Sa. nu.* 9. non audet concedere. *Diana* *Par.* 3. tr. 5. *Resol.* 75. ab emptore vult compensari gravamen venditori: & propter Usuræ periculum eiusmodi pacta non esse suadenda. Denique *Vvading.* D. 6. d. 8. §. 3. *Petrus à S. Iosephol.* 4. de *inst.* c. 10. *Resol.* 7. & *Serm. Busenbaum* in *Medulla Theolo. Mor.* l. 3. tr. 5. dub. 8. nu. 7. rem periculosam vocant, nec debere suaderi, eò quòd in *Constit.* *Mart.* V. & *Calix.* ti 3. uti & *Caroli V. Imper.* usurarius contractus iudicetur V. *Petr. Follerium* in *Praxi Censuali.* *Palao Pun.* 24. §. 4. pag. 394. *Estobar* *Tract.* 3. *Exam.* 7. c. 2. n. 7. & *sequitem* c. 3. n. 12.

VIII. Conditiones, sine quibus Contractus censualis irritus, & fœneratitius habeatur, *Pius V.* præscripsit Anno 1569. edita Constitutione quam *Navar* explicat in *Comment* de *Usuris* num. 84. & *Fill* de *Censib.* c. 2. Sunt autem numero quatuordecim.

1. Ut census constitutur super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, natura sua frugifera, & certis finibus designata: nec ullo modo aliter.
2. Ut non fiat, nisi numerato, & accepto iusto pretio, idque tempore contractus coram Notario, & testibus.
3. Ut non fiat, nec in pactum deducatur anticipata solutio, id est, ut venditor non cogatur solvere pensionem, nisi prorata temporis elapsi.
4. Ut conventiones directè vel indirectè obligantes ad casus fortuitos, ad

N n n 3 quos

quos ex natura contractus non tenetur, non valeant.

5. Vt non fiat pactum restringens libertatem alienandi rem censui suppositam, neque venditor cogatur emptori census soluere laudemium id est, quinquagesimam, vel tricesimam partem illius rei alienatae.

6. Vt dominus rei censuariae si illam vendere velit, indicet domino census pretium, & conditiones quibus vendenda res est, & per mensem expectet, num ipse velit emere, cumq; praferat aliis: nempe iis, qui antea non habebant ius praerelationis.

7. Vt non fiat pactum, quo venditor census incidat in ullam poenam ob moram solutionis pensionum, aut in poenam commissi, seu amissionis rei censuariae, aut interesse lucri cessantis, aut aliquantum expensarum.

8. Vt ex pensionibus cessis non augeatur census iam constitutus: quod intellige, an tequam illae re ipsa solutae fuerint: secus, cum fuerint solutae. Nam ex pecuniae numeratae additione augeri potest quemadmodum ab initio constitutus est.

9. Vt non fiant pacta, quibus cogatur onera aliqua soluere is, qui ex natura contractus ad ea non tenebatur. Vt si consuetudo sit, ut emptor aliquid soluat fisco, non potest obligari venditor, nec contra.

10. Vt re in totum vel in partem pretemptra, aut effecta infructuosa pro rata pereat census.

11. Vt semper eodem pretio, quo emptus est census, redimi possit, nec fiant ulla pacta, quibus directe, vel indirecte talis facultas adimatur.

12. Vt venditor volens redimere census, moneat emptorem ante bimestre, &

post denunciationem poterit cogi intra annum, ut redimat: elapso anno non poterit cogi.

13. Vt emptor non possit ab invito venditore pretium repetere. Vnde sequitur census omnes ex parte emptoris irredimibiles esse.

14. Et ultima, ut pretium census semel constitutum augeri non possit, vel minui ob temporis, vel contrahentium qualitatem, aliudve accidens. Haec sunt conditiones a Pio V. pie, ac sapienter ad evitandam Vsuram in Censibus praescriptae, quae quantum obligent, practicae, & difficultis curae est. Non esse receptas nec obligare in Belgio oculatus testis Leon sess. affirmat. D. 13. nu. 99. De Gallia, & Germania idem credit, & experientia ipsa confirmat. Gaill. 2. obs. 7. n. 11. Observandam vero Bullam, ubi recepta est, etiam in foro conscientiae: Vbi vero non receptam esse constat, servandae sunt leges, & consuetudines iustitiae. Deniq; ubi certa consuetudo nulla est, Iuris naturalis servanda regula est, quae rationum modo requirit aequalitatem inter census, & pretium. Azor III. d. 10. c. 19. & seq. Bonacina Tom. 2. p. 536. n. 4. Zerola Par. 1. V. Censur. n. 1. Em. Sa nu. 10. Filliut. Tr. 35. par. 2. c. 1. n. 265. Escobar Tract. 3. Exam. 7. c. 2. n. 7. Tolet. l. 5. c. 46. Busenbaum Theol. Mor. l. 3. Tr. 5. c. 3. D. 8.

IX. Iusti pretii aestimatio nec facilis, nec expedita est, quia non ex uno, sed multis, & diversis adiunctis pendet. Regni aut provinciae opes, commercia crebra, aut rara, pecuniae copia, vel inopia, aliaeque circumstantiae locorum, & temporum iudicium, & census variant. In Hispania precium census irredimibilis. Navar. teste, est 28. 29. vel 30. aureorum in singulos

gulos. Cum enim certa lege non sit taxatum precium, ut aliarum rerum quæ pretio vulgari venduntur, varium est, nunc infimo, nunc summo, aut mediocri admisso. At census redimibilis precium lege taxatum est, videlicet 1% in singula. In Sicilia, autem huius precium est 10. in singula, secundum quod ex 100. florenis annua pensio est 10. flor. quod à Nicolao V. & Greg. XIII. pro Sicilia, Calixto III. & Mart. V. pro Polonia, & Germania approbatum constat in censibus realibus. Aliquando est 11. vel 13. Vnde Less insert D. 14. vum. 104. non debere iniquam videri emptionem censuum personalium cum hypotheca pretio 16. aureor. in singulos. Nam hi census, ut experientia docet, non sunt ordinariè securiores, quam census reales, qui tamen multò minoris emi possunt. Deinde eo pretio fere emi potest prædium, quod tantundem reddat. Censui irredimibilis in Belgio non habent pretium legitimum, nec possunt de novo constitui iuxta constitutionem Caroli V. Anno 1528. Bruxellis factam; reservati tamen vendi possunt pretio 2% in singula, vel et minoris. Az. III. l. 10. c. 8. q. 4. Card. Eugo. disp. 27. Sect. 3. Follerius p. 452. et ne domestica negligamus, in Imperio Germanico magna adhibita moderatione constitutum est, ut ultra quincunces, hoc est, ultra 5. florenos ex 100. accipiantur, quod que supra illam summam accipitur, usurarium est, nec pro eo actio datur, sed fit reductio ad legitimam summam, ut Camera Imperialis sty. us testatur: nec unquam ad iudicantur emptori nisi pro 100. florenis quinque anni: atque ita 20. annorum spatii sortis æquatur: quæ pensio etiam iure communi iusta putatur & Romæ usi-

tatam esse Full. testatur Tr. 35. per. 2. n. 266. Auth. de non alien. aut permutan. reb. eccl. §. quia verò Leonis Vers. si verò alicuius: Glo. ibid. in V. Computari Glo. in Auth. perpetua. in V. Iusta. C. de Sacros eccl. c. cum causa sam V. Ad alium Extr. de testibus. Covar. l. 3. Var. c. 9. n. 4. Constitut. Car V. sub it. de Contractib. Usurarius. §. pen. Iason in l. si fundum n. 2 ff. de lega. 1. Parisius Conf. 60. Melon. Tit. 15. n. 20. Castr. ibid. ubi præclarè docent, quomodo rei immobilis iustum pretium probetur. Andr. Gaill l. 2. Obser. 5. n. 10. & seq. Obs. 7. n. 14. Guido Papa Conf. 180. Petr. Follerius in Praxi Censuali p. 465. Fachin. l. 2. c. 43. Vbi addit, quam vis secundum constitutiones Imperii ex centum, quinque floreni annuè permittantur, ex re supposita tamen iustè septem, vel octo sumi posse, id quæ rationi consentaneum à Greg. XIII. iudicatum esse.

X. Sed nondum liquet, quod erat questum, quoniam modo iustum Censui pretium definiti possit. Ex proportionem pretii rerum frugiferarum delum posse sapientes credunt. Nam quo pretio emi potest res frugifera quæ deductis expensis reddat 100. aureos, eodè atque etiam minori emi potest Censui irredimibilis, qui pensionem 100. aureor. reddat, quia plus est habere presentium dominium rei, quam ius solum percipiendi tantundem fructuum ex illa Ita Less. Quod non videtur univèrsum verum. Nam licet pretio 100. emi posset domus u. g. quæ locaretur pro 100. florenis vel amplius, census tamen eandè pensio reddens, et institutus non solum super illa domo, sed super aliis possessionibus vel fundis securior videbitur, & minoribus periculis expositus, cum domus facilius dirui possit, vel aliudè inutilis reddi. Censui autem

germa-

permanebit, saltē quamdiu omnes hypothecæ speciales, in quibus est constitutus, non defecerint. Quamobrem hæc quoq; maior securitas consideranda erit, & computanda ad iustitiam pretii. Melior tamen huc usque ratio census moderandi nondum inventa est. *Molina Disp. 385. Navar. Comm. de usuris nu. 85. Lugo l. cit. Sect. 3. n. 44. Em. Sa. V. Cambium. n. 3. Comitol. l. 3. Q. 28. nu. 5. Palao Disp. 6. puncto 22. Menoch. Consil. 445. Fachinans l. 2. Controv. c. 43.*

XI. Hactenus dicta non sunt ad certum hominum genus restringenda sed ad omnes pertinent sive reges, sive inopes fuerint Coloni. Iustitia enim personarum differentes vultus non agnoscit. Error contrarius est *Balth. Meisneri. Professoris Wittenbergenfis, cætera maledicentissimi Prædicantis, qui 3. par. Philosophia Sobria Sect. 1. QQ. ethicar. pag. 328.* Census annuū tradit, ubi 5. vel 6. floreni pro 100. mutuatis sumitur annuè ab opulenti, qui nostra pecunia non ad sui sustentationem, sed ad maius lucrum faciendum utuntur, non esse Usuram in Scripturis prohibita, sed iustum, licitumque contractum tradit: intellige non fore iustum & licitum, si cum pauperibus in eatur. Quæ verò Scriptura eum damnet, non videt à *Meisnero* probari. Nam quod de Mutuo Christus præcipit, *Lucæ 6. V. 35.* Mutuum date nihil inde sperantes ad omnes pertinet, ut nihil ultra sortem vi Mutui exigant. De Censuali contractu non extat unum Iota. Et pauperes quidem à censuali Contractu abstinere quidem, quia res illis deest, super qua fundetur, non autem quia quisquam fore iniustum metuit. Da pauperem, cui casa sit, vel agellus, exiguum quid

ex illo in pensionem annuam assignate nihil verat. Pauper erat vidua, quæ *Lucæ 21.* æra minuta duo in gazophylacium immisit: tantundem pro annuo reddito dare non poterat? pauper *Horatianus ille Tigellus,* cui mensa tripes, & concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus quamvis crassa queat, census qualiscunque vel in persona ipsius constitui poterat. Sed *Meisneri* Theologia arctioribus terminis clauditur, nec inter censum, & mutuum sumitur, curatius distinguere.

S. VI.

De Cambio.

I. **C**ambiū aliud nihil est, quā permutatio pecuniæ pro pecunia. *Contr. Tr. 7. q. 99.* Mutuum à mutuo differt. Hoc enim unica pecuniæ traditione perficitur, quæ reddenda est post temporis intervallum, vel eadem vel alia eiusdem generis, ac bonitatis: Cambium verò cum sit permutationis quædam species, *Do, ut des,* non nisi utrimque facta pecuniæ traditione perfectum censetur. Adde, quod in Cambio semper est aliqua pecuniæ divestitas, undecunque tandem proveniat. *Navar. c. 17. nu. 286. Soto V. Usura §. 4. nu. 1. Tolet l. 5. c. 50. Laym l. 3. tr. 4. c. 19.*

II. Dividitur Primò in Reale, seu verum, & fictum, sive fictum. Illud subdividitur in *Minusum*, seu *Manuale*, & *Locale*, seu *per literas*. *Minusum* dicitur, quia in eo, ut plurimum pecunia maior cum minore permutatur. *Manuale*, quia de manu ad manum in eodem loco, & tempore perfici solet. *Locale* est, in quo pecunia præsens commutatur cum pecunia in alio loco

loco existente. Et quia plerumque literæ dantur, quibus mandatur factori in alio loco, ut pecuniam numeret, Cambium per literas nuncupant. Equidem in tali modo negotiandi, quemadmodum utilitas, ita iniquitas reperiri potest, quia cambiens aliud nihil impensius, quam lucrum seatur, minus dando, quam accipiendo, ac proinde considerandum accuratè erit, quibus titulis auctarium in cambio exigatur, ut iustum sit. *Less. c. 23. D. 1. nu. 5. Silv. V. V. Jura §. 4. num. 6. Tolet. l. ci. Tannerus in 2. 2. D. 4. q. 7. D. 5. Fillint. Tract. 35. c. 4. Garzias. 30.*

III. Primus titulus esse potest opera, & obsequium impensum. Campfor enim sollicitus est, quomodo omnis generis monetam conquirit, & cuilibet pro indigentia sua, & postulatione communicet. Alendus scriba, & famuli sunt, tempus ab aliis curis liberum servandum, & similia, quæ omnia æstimari pretio possunt. Quod si publica Magistratus auctoritate Campfor constitutus est, etiam ipsa eius professio computabitur. *Salas Tr. de Cambiis Covar. de collat. Veter. numism. c. 7. nu. 4. Mol. D. 399. Medina de reb. per usuram acquit. q. 5. Navar. c. 17. n. 288. Escobar Tr. 3. Exam. 7. c. 2. & 3. 2. titulus est lucri cessantis. Fit enim sæpe, ut unum genus monetæ plures, easque pretio æstimabiles commoditates habeat, quam altera. Auream monetam facilius est, & deferre secum, & contra insidias abscondere, quam argenteam & minutam Antiqua puriorem materiam & plus argenti continere quam nova vulgò existimatur, & in multis verum est. *Navar. c. 17. n. 301. Valent. D. 5. q. 23. Pun. 2. 3. est pecuniæ qualitas, & conditio. Alia moneta alia usitatio, & propterea gra-**

tior est. Pro minus usitata sæpe luctandum diu est, donec acceptetur. *Soto l. 6. q. 9. art. un.* Quando daleci, Vg & ducati ex provincia in qua cuduntur, in alias deferuntur, ubi earum valor maior est, pluris meritò æstimantur quam minores monetæ tum propter commoditatem, tum quia spes est futurum brevi, ut earum valor, & æstimatio augeatur. *Mol. D. 398. & 410. Azor. 3. l. 10. c. 3. & c. 5. q. 3. Medina §. 9. 7. Layman l. 4. Tr. 4. c. 19. Reginald. l. 25. q. 19. 4. titulus est assicuratio, quia accipiens hic pecuniam, ut reddatur Romæ, in se periculum recipit, ut si pereat, sibi pereat. *Less. D. 3. Lugo D. 28. Sect. 3. nu. 40. Salas D. 8.**

IV. Quia radix omnium malorum cupiditas multiplex est, novisque quotidiere augendæ viis aperiendis intendit, innumeræ exortæ quæstiones sunt de licito, & illicito, iusto aut iniusto Cambio, obligatione restituendi, ac similibus. Quocirca pro Generali resolutione hæc Regula statuatur. Vbiunque à parte Campforis præstatum aliquid pretio æstimabile, pro eo exigere auctarium potest: Vbi verò nullus labor impenditur, nec aliud quicquam compensatione dignum, nihil iuste exigere potest. Quo obrento ad particulares Casus tota difficultas reducitur. Quantum hic, & nunc re, & petatur? Vbi nolum consuetudinem attendere, aut sequi, quia ut plurimum à radice sua, quæ est cupiditas, & avaritia, vitium trahit, excepta quæ vitii probi agnoscunt, sed eorum, quos ab omni cupiditate lucri constat esse alienissimos, arbitrium censo requirendum & observandum esse, hinc nimirum, quando nulla lege definitum pretium est. *Armilla V. Campfor. num. 3. Tann. l. cit. num. 156.* Aliqui ad iustitiam Cambii (eius præsertim quod

O o o

per

per minutum fit) tres conditiones exigunt. 1. est, ne in Camplore falsitas sit, qui monetam radat, vel aliam pro alia substituat. 2. ne occultet, sed sincerè aperiat monetæ valorem, si hic, aut alibi minor, vel maior. 3. ut pretium iustum exigat, quod putant colligendum, tum ex lege, tum ex loci consuetudine tum ex comparatione loci ad locum: denique copiam, & inopiã pecuniæ. *Filliut. Tr. 35. Par. 2. c. 5. Tol. l. 5. c. 52. num. 8. Card. Lugo Disp. 28. Sect. 2.*

V. Hinc excusari ab iniustitia posse videntur qui Bambergæ ex. g. subsistens accipit à Petro 100. flor. & pro his Romæ soluit 69. tantum, quia nimirum à curâ labore, & periculo transferendæ pecuniæ suam Petrum liberat. 2. Famulus, qui cum grandiore monetam à domino suo accepisset transferendam ad creditores in via cum parvis commutat, & lucrum facit, absque damno utriusque domini nimirum & creditoris. *Mol. D. 402. Salas D. 7.* Idem pulvillus servit cubito quæstorum, qui Principis sui collectam pecuniæ variè elocando aut permutando suam rem augent, Principi autem tempore constituto quantum oportet, adferunt. His ludæorum nocte adeun-
tium opera plurimum prodest. *Az. l. 10. c. 4. Q. 123.* Illi, qui ad nudinas V. g. Francofurtenses dant pecuniæ, & tanto magis auctarium petunt, quando remotius distant. Quamvis enim præcisè temporis mora, non sufficiat ad lucrandum, opportunitas tamen interea negotiandi, si pecunia præsens foret, ostendit damnum aliquod vel lucri cessationem, qui tituli approbantur *Soto l. 6. q. 10. ar. 2. Filliut. l. tit. cap. 6. num. 400. Less. Dub. 2. num. 18.*

4. Nuntii, qui ab uno Viennam ex. g. conducti, ab aliis quoque, quibus non indicant priorem contractum, mercedem itineris accipiunt. Nam obsequium hoc per se dignum est stipendio, & per accidens concurrat duplex solutio, quod ad fortunam, seu industriam gratuitam nuntii pertinet. Idem aurigis contingere solet, quibus nemo succentet, quando pro reditu iterum accipiunt mercedem. 5. excusat Layman scholarem illum, qui studiorum causa Romam profecturus tradit pecuniæ Augustæ mercatori alicui, eumque rogat, ut pecuniæ hanc alteri det ad cambium, quo eam deinde Romæ cum lucro, seu auctario recipere possit. Cambium enim, ut ex dd. liquet, per se licitum est: per accidens verò, quod immediatè ipse, vel nomine tuo alius exercent, illud, ac lucrum faciat. *Molina Disp. 403. Laym. h. 3. tr. 4. c. 19. n. 6. Salas D. 8. Regim. l. 25. c. 34.*

VI. Ex adverso improbantur à concilio iustorum Cambia sicca, quibus nullus titulus & causa auctarii petendi verè inest, sed inesse fingitur. adeoque sub coloratâ larvâ Cambii execrabilis usura exercetur. *Soto l. 6. q. 8. & q. 10. ar. 1.* Exemplum Vide. Titius mercator Caio pecuniæ numerat Bambergæ, ut restitatur Augustæ cum auctario consueo in cambiis ad eummodi loca, quamvis sciat accipientem nec pecuniæ, nec correspondentem Augustæ habere: ideoque credat pecuniæ in eodem loco, id est, Bambergæ, ubi accepta erat, restitutum iri. Quis hic non clarè videat contractum usurarium? Do tibi 100. florenos hic, ut eosdem paulò post cum scenore, id est 10. additis restituas? Fieri etiam potest, ut deceptus à Caio non habente pecuniæ alibi, bona fide cambiat:

cambiar: quo in casu aliqui putant forte, cum auctario ipsi deberi. *Mol. D. 404. Less. c. 23. Dub. 7. Az. l. c. 10. Silv. V. V. supra §. 4. n. 9. Valentia D. 4. Q. 23. pun. 4. Palao D. 7. pun. 8. Optimè Navar. c. 17 n. 299.* Qui cambiens dat pecuniam minoris valoris pro pecunia maioris valoris soluenda alio loco ei, qui nec realiter nec credito eam sibi habet, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, quia virtualiter Vsuram committit. Nec ad excusationem sufficit, quod ignoret, eum illam habere, vel non habere, sed oportet, ut sciat, vel probabiliter credat, eam habere quia ignorantia facti eius, quod oportet scire, non excusat, qualis est hæc *arg. c. Innotuit, cum Glo. de elect. Ita Navar.* Subdit deinde *Vii V. Constitutionem. in eam pro nostro.* ubi damnatis Cambiis licetis ut usurariis, præscribit hanc in Cambio servandam formam.

Ad tollendas, quantum cum Deo possumus, in Cambiis occasiones peccandi, fraudesque feneratorum statumus ne deinceps quisquam audeat, sive a principio, sive alias certum, & determinatum interesse etiam in casu non solutionis pacisci: neque realia cambia aliter, quam pro primis nundinis, ubi illa celebrantur: ubi vero non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum usum exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis: & deinceps nundinis sine terminis exercendi. Curandum, autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quam loca destinata solutionis desiderant feneratorum detur occasio. Hucusque Pontifex Navar. autem præter alia nn. 301. discutit Questionem sibi Romæ non semel propositam. An liceat uni Hispano

dare alteri Romæ 100. scuta pro 100. solvendis in Hispania cum aliquo augmento? & respondet 1. non licere per viam interesse lucri cessantis, si non habebat illa destinata ad mercandum, vel ad emendum aliquid frugiferum, quia nullum verum tale interesse prætere potest. 2. nec posse per viam emptionis, & commutationis rei præsentis cum re absente, si ille nec formaliter, nec virtualiter habet illa in Hispania. 3. posse tamen per viam emptionis, aut commutationis, si alter verè habet illa scuta, quæ vendit, in Hispania, formaliter, vel virtualiter in rebus beneficii, vel aliorum bonorum vel in tali credito, quod probabiliter creditur per literas eius destinatas ad aliquem cognatum, vel amicum tradenda ea esse ibi, idque duplici ratione. Primò ratione absentia, ob quam valet minus: deinde ratione valoris, quia plus valent 100. hic, quam ibi totidem. 4. quod liceat etiam per viam mutui, præsupposito, quod eadem pecunia valeat hic plus, quam ibi: imò & si, non valerent plus facta facultate mutatio soluendi in Vrbe, aut si malit in partibus cum cambio, quo traditio illorum in Urbem constabit, quia hoc casu nihil videtur accipi ultra sortem, nisi ad summum interesse damni emergentis, præsertim si qui dat, indiget illis, vel putatur eis opus habiturus in Vrbe. Ita Navar. de prædicta Bulla V. 10. Bapt. Lupum in Tr. de Vsuris Comm. 3. §. 1. nu. 68. Az. 11. l. 10. c. 8. & 9. Reginald. l. 25. n. 467. Lugo D. 28. Sect. 8. Hæc sufficiant de materia, ut Sotus loquitur l. 6. q. 8. ar. 1. per seipsam abstrusissima, mercatorum novis, & quotidianis inventis, intricatissima, ac subinde Doctorum opinionibus plurimum obfuscatâ. *Beatus ille,*

qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris. Si quis tamen plurius desiderio tenetur, Ferdinandum de

castro Palao in Disput. 7. consulat, & factis factum sibi esse fateatur.

TITULUS X.

De Contractibus onerosis, in quibus transfertur Ususfructus rei.

Dominium utile censetur habere in bonis non suis Conductor, Emphyteuta, Vasallus, & Livellarius. Vnde 4. species Contractuum nascuntur, Locatio nimirum, & Conductio, Emphyteusis, Feudum, & Contractus livellaticus. quorum naturam, & conditionem in sequentibus exponemus.

§. I.

De Locatione.

I. Quomodo Emptio, & Venditio unum Contractum faciunt, ita Locatio, & conductio. Locatio dantis est, conductio accipientis. Est enim Contractus, quo res aliqua vel persona ad usum seu fructum alteri pro pretio conceditur. Dicitur 1. Contractus, quia hoc illi genus, 2. res aliqua, intellige, mobilis aut immobilis. 3. persona, quia potest quis se vel servum suum locare alteri. 4. Ad usum aut fructum. infra de cennium quia longius tempus pro emphyteusi est. Quaedam enim locantur ad usum tantum, ut servus, equus, domus, & similia, quorum non alius fructus esse, quam ipse usus potest. Quaedam

verò ad fructum, ut agri, prædia, pascua. Denique additur pro pretio, id est pecunia. Nam si pro alia re fiat, erit Contractus Do, aut factio, ut des, aut factus. qui tamen ad Locationis regulas reducendus erit. VVesenbec. l. 19. ff. ut 2. Azol l. 4. Summe §. 69. Treutl Vol. 1. Disp. 29. Navar. t. 17. num. 108. Laym l. 3. Tr. 4. c. 22. num. 1. Regin l. 25. c. 38. n. 501. Melin. tit. 20. n. 1.

II Locatio dividitur 1. ratione rei locatæ in mobilem, & immobilem. Mobilis in homine, equo, bove. Immobilis in agro, silva, prædio, & similibus cernitur. Quando est prædium Vibanum, conductor inquilinus vocatur, quando rusticum, colonus. l. qui pignoris. ff. de acq. poss. Glo. in l. Emptorem. C. de locato. Silv. V. Locatio. n. 9.

2. Etiam ratione rei locatæ, quarum aliquæ sunt operæ alicuius ad laborandum, pugnandum, custodiendum, &c. aliqua alium in usum, uti navis, currus. Aliquando simul iunctæ reperiuntur res, & operæ l. qui operas. ff. Locati.

3. Secundum conditionem aliquando locantur res, ut eadem specie, seu numero reddantur puta, aurea vasa: aliquando sufficit